

CLASSIS I.  
MAMMALIA.

*Balatu Pecorum et crebris Mugitibus amnes  
Arentesque sonant ripae collesque supini.*

VIRGIL. III. 554.

MAMMALIA haec et nulla alia mammata Animalia, ex structura, visceribus, organis homini proxima, pleraque *Quadrupeda*, nobiscum Continentem inhabitant, tanquam inter hostes atrocissimos, dum maxima pauca *Pinnata* intra Pelagum se subducunt.

VESTITUS *Quadrupedum* e *Pilis* flexilibus, mollissimis, distinctis, injuriae minus obnoxiosis; iisque fertilioribus in frigidis, quam aestuantibus terris. Hi vero *Pili* in *Aculeos* coaliti (*Erinaceo*, *Hystricibus*), aculei explanati in *Squamis* (*Mani*), squamæ coadunatae in *Scutum* (*Dasyopibus*); at pilorum vellus saepe distinctum *Suturis* (*Cani*, *Equo*), quæ elongatae in *Zubam* (*Equo*, *Sui*); Sed Aquatica nuda evalere, ne madefierent, nisi in terram exire aliquando necesse habeant. Praeterea Facies saepe *Verrucis* setiferis, *Labia Vibris*, *Mentum Barba* (*Homini*, *Simiae*, *Caprac*) et *Pedes* *Pectusque Callis*, (*Equo*, *Camelo*.) non raro notata sunt.

FULCRA, motus instrumenta, pro expeditiori fuga in evitando hostem, aut assequendo praedam, TERRESTRIBUS sunt *Pedes* quatuor, quorum anteriores *Palmis* instruuntur, interdum tanquam *Manus* remoto pollice divisæ (*Primitibus*, *Didelphibus*); Posteriores autem *Plantis*, ut validius properarent, et hi vel *Palmati* digitis membrana cunctis, ut natarent, vel *Fissi* digitis separatis, ut facilius current, aut *Talis innixi*, ut firmius persisterent (*Homini*, *Urso*): Ne vero fuga detererentur inter alpera, vel denso vellere manicati (*Lepori timido*, *Vulpi Lagopodi*, *Bradypodibus*), vel UNGULATI, *ungulis* tanquam calceolo digitum vestientibus (*Belluis*, *Pecoribus*), quibus saepe etiam *Tali succenturiatis* inclusi; at vero ferociora magis UNGUILATA unguibus digito superimpositis aristata armataque, ut praedam apprehenderent, adverarium lacerarent, terramve foderent; his unguis plerumque subulati, arcuati; paucis manuleatis ovalis, complanati; at vero rapaciores Ferae unguibus armatae subulatis; sed *Volantia* vel manibus elongatis palmatisque aëra scandunt (*Vespertiliones*), vel membrana inter palmas plantasque expandenda velificant (*Lemur*, *Sciurus*).

*Sciurus, Mus.)* Aliter *AQUATICA*, unguibus ungulisque destituta s. *mutica*, quibus loco pedum pinnac pectorales, ex homoplate, humero, ulna, carpo, metacarpo et digitis conflatae (*Cetis*).

**ARMA** Mammalium praeter dictos *Ungues*, nominandosque *Dentes*, in primis *Cornua* cartilaginea capiti inserta sunt; haec vel *solida* permanentia (*Rhinoceroti*), vel *ramosa* annua, primumque pilosa apice que crescentia (*Cervis*), vel *cava* vaginantis basique crescentia (*Bobus, Capris, Ovibus*), quibus adversarium occurvant, penetrant, verberant; sic elidunt hostem varie vel dimicando, mordendo, lacerando, calcitrando, feriendo, vel currendo, subfiliendo, scandendo, fodiendo, urinando, natando, volitando, vel foetendo, clamando, terrefaciendo.

**CIBARIA** instrumenta *Dentes* audiunt, qui triplices: *Primores* saepe compressi *Incisores* pro evelendo, rodendo, conscindendo; *Laniarii* conici longiores absque antagonista occurvante pro lacerando; *Molares* latiores pro contereendo, et hi obtusi phytiphagis, acutiores carnivoris; at *edentula* solae *Myrmecophagae* et *Manes* evaferentur.

**UMBRA CULUM** est *Cauda*, e vertebris dorsi multiplicatis postice elongata, qua turpissimae abscondantur partes; haec paucis *nulla* (*Homini, Simiis et Muribus nonnullis*), abbreviata nec femoribus longior (*Lepori, Satyro, Talpae, Erinaceo*), elongata ad pedum longitudinem et ultra (*Canibus, Muribus etc.*); harum singulæ vel *Nudae* (*Muribus*) vel *Prehensiles* convolvendæ proque quinta manu inservientes (*Simiis, Hystrici, Didelphibus*), vel *Comosae* longis fetis (*Equis, Bobus*), vel *Floccosae* apice penicilliformi (*Leoni mari, Dipodi Jaculo*), vel *Distichae* utrinque pilosæ (*Sciuris, Myrmecophagae*).

**CUSTODES** Animalium *Sensus* sunt pro conservatione individui:

*Auriculae*, exceptis aquaticis, pro Auditu præstantiore: rotundatae, ovatae, acutæ, acuminatae, fissæ; erectæ, pendulæ.

*Oculi Pupilla* orbiculari diurnis, linearie expandenda vel perpendiculari vel transversali nocturnis. *Membrana nictitans* paucis. *Palpebrae mobiles* omnibus; utraeque ciliatae (*Homini Simiisque*), superiore tantum ciliata plerisque reliquis.

*Nasus* compressus, simus, resimus, aut bifidus, labiis brevior (*Simiis*), paulo longior (*Feris plerisque*), aut elongatus in *Proboscideum* (*Elephantii*); *Nares* ovatae aut orbiculatae.

*Lingua* simplex plerisque, denticulato-ciliata (*Canibus*), supra aculeata (*Felibus*), filiformis (*Manibus, Myrmecophagis*), bifida

fida (*Phocis*); *Labium superius lacunosum* plerisque, bifidum (*Gliribus*).

**GENITALIUM** curiosior indagatio displicet, quamvis varia et singularis Clitoride, Nymphis, Scroto, Pene, qui tamen posset ad ordines naturales viam monstrare.

**VENERE** *Vaga* pruriunt pleraque, ubi Mares dimicant inter se, quo valentiores polleant pro sobole vivaciore, ineuentes feminas viviparas, foetum intra se excludentes, quem enixum lactant, defendunt, curant in proximas nuptias, adultioreme aetatem. *Polygama* autem nonnullis, ubi Mas gynaceum ex plurimis feminis sibi associatis defendit (*Phocae*); paucissimis vero Monogamia est, dum Mas et Femina individui socii curam gerunt foetus (*Simiae nonnullae*, *Lemur*, *Vespertiliones*, *Erinaceus*).

**MAMMAE** lactantes Feminis omnibus, etiam Maribus (excepto Equo) numero determinato pares. *Pectorales* (Primitibus, *Cetis*); *Abdominales* (*Didelphis*, *Phocis*); *Inguinales* (*Pecoribus*, *Belluis*); *Abdominales Pectoralesque* simul (*Gliribus pluribus*); *longitudinaliter digestae* (*Suibus aliisque*), at saepius binae pro singulo foetu ordinario.

**USUS:** coluntur varia in primis *Pecora* ob *Carnes*, *Lac*, *Corium*, *Vellera*, *Pinguedinem*; ad *Onera* vero *Equus*, *Bos*, *Camelus*, *Elephas*; instituuntur *Ferae variae* pro *venatu*, *muribus*, *serpentibus*; *Vivariis* asservantur rariora.

**AUCTORES** praecedentis seculi *GESNERUS*, *ALDROVANDUS*, *JONSTONUS*, praesentis *RAJUS*, *BRISSON*, *HOUTTUYN*, *Comes de BUFFON*, *PENNANT*, *PALLAS*, *SCHREBER*, *KLEIN*, *CETTI*, *ERXLEBEN*, *BLUMENBACH*, *CAMPER*, *STORR*; Scientia ex ovo ordienda secundum eujusunque Mammalis Descriptionem, Diaetam, Oeconomiam, ut ex historia fines Creatoris eruantur; vide Exempla de Cane domestico, *Cervo Tarando*, *Mure Porcello*, *Sue Scrofa*, *Ove Ariete* in *Amoenit. Academ. proposita*.

ORDI-

ORDINES in primis a dentibus desumuntur:

MAMMALIA.	Unguiculata	Primates	nulli utrinque	BRUTA.	2.
		Primates	incisores 2. Laniarius o.	GLIRES.	4.
		Dentes	incisores 4. Laniarius i.	PRIMATES.	1.
		Primates	conici (6, 2, 10) Laniarius I.	FERAE.	3.
MAMMALIA.	Ungulata	Primates	superiores et inferiores.	BELLuae.	6.
		Primates	superiores nulli	PECORA.	5.
	Mutica.	Dentes	varii in variis	CETE	7.

### I. PRIMATES.

Dentes primores incisores: superiores IV paralleli (exceptis tamen aliquot vespertilionum speciebus, quibus aut II tantum aut nulli sunt).  
Laniarii solitarii.

Mammae pectorales binae.

Pedes duo Manus sunt; Ungues (plerisque) complanati, ovales.

Victus incidente fructus, paucis animalis.

### II. BRUTA.

Dentes primores nulli superius aut inferius.

Pedes unguibus validis.

Incessus ineptior.

Victus ut plurimum vegetabilis, comprimendo.

### III. FERAE.

Dentes primores conici utrinque saepius VI. Laniarii longiores. Molares cuspidato-conici (non truncati).

Pedes unguiculati: Ungibus subulatis.

Victus lacerando cadavera rapinasque animalium.

### IV. GLIRES.

Dentes primores incisores II superius inferiusque. Laniarii nulli.

Pedes unguiculati, cursu salientes.

Victus rodendo cortices, radices, vegetabilia etc.

### V. PECORA.

Dentes primores inferiores incisores plures; superiores nulli.

Pedes ungulati bifulci.

Victus evellendo plantas ruminandas.

Ventriculi 4: Rumen macerans, ruminans; Reticulum cancellatum recipiens; Omasus multiplicatus consumens; Abomasus fasciatus, accens coagulo pro sebo, ut minus alcalefcat.

B

VI. BEL-

## VI. BELLUAE.

Dentes primores obtusi.  
 Pedes unguilati.  
 Incessus gravis.  
 Viatus extrahendo vegetabilia.

## VII. CETE.

Pedum loco Pinnae pectorales; cauda horizontalis (plagiura) plana.  
 Ungues et pili nulli.  
 Dentes alii cartilaginei, alii ossei. Nasus loco fistula, in calvariae  
 parte anteriore et superiore.  
 Viatus e Molluscis, Piscibus.  
 Locus pelagicus.  
 Hos a Piscibus divulsos jussi Mammalibus associari ob Cor biloculare  
 calidum, Pulmones respirantes, Palpebras mobiles, Aures cavae,  
 et aëris ope sonum percipientes, vertebrae colli septem, lumbos et coc-  
 cygem, Penem intrantem Feminam, Mammis lactantem, idque ex  
 lege naturae jure meritoque.

CHA-

## CHARACTERES MAMMALIUM.

## I. PRIMATES.

1. HOMO. *Situs erectus. Hymen et Menstrua Feminarum.*
2. Simia. *Dentes laniarii, binc remoti.*
3. Lemur. *Dentes primores, inferiores sex.*
4. Vespertilio. *Manus palmato-volatiles.*

## II. BRUTA.

5. Rhinoceros. *Cornu in fronte positum.*
5. Elephas. *Dentes laniarii et molares, Nasus proboscide elongatus.*
6. Trichechus. *Dentes laniarii superiores; molares ex osse rugoso. Pedes compedes.*
7. Bradypus. *Dentes molares primo longiore, absque laniariis primoribusve. Corpus pilosum.*
8. Myrmecophaga. *Dentes nulli. Corpus pilosum.*
9. Manis. *Dentes nulli. Corpus squamatum.*
10. Dasypus. *Molares absque laniariis primoribusve. Corpus cataphractum.*

## III. FERAE.

11. Phoca. *Dentes primores superiores 6; inferiores 4.*
12. Canis. *Dentes primores 6, 6: superiores intermedii lobati.*
13. Felis. *Dentes primores 6, 6: inferiores aequales. Lingua aculeata.*
14. Viverra. *Dentes primores 6, 6: inferiores intermedii breviores.*
15. Mustela. *Dentes primores 6, 6: inferiores conferti: duobus alternis interioribus.*
16. Ursus. *Dentes primores 6, 6: superiores excavati. Penis osse flexuoso.*
17. Didelphis. *Dentes primores superiores 10; inferiores 8.*
18. Talpa. *Dentes primores superiores 6; inferiores 8.*
19. Sorex. *Dentes primores superiores 2; inferiores 4.*
20. Erinaceus. *Dentes primores superiores 2; inferiores 2.*

## IV. GLIRES.

21. *Hystrix.* *Corpus spinis tectum.*  
*Cavia.* *Dentes primores cuneati: Molares 4 ad utrumque latus.*  
*Claviculae nullae.*
23. *Castor.* *Dentes primores superiores cuneati. Molares 4 ad utrumque latus.*  
*Claviculae perfectae.*
24. *Mus.* *Dentes primores superiores cuneati. Molares 3 ad utrumque latus.*  
*Claviculae perfectae.*
- Arotomys. *Dentes primores cuneati. Molares superiores 5, inferiores 4 ad utrumque latus.*  
*Claviculae perfectae.*
25. *Sciurus.* *Dentes primores superiores cuneati, inferiores acuti. Molares superiores 5, inferiores 4 ad utrumque latus.*  
*Claviculae perfectae. Cauda disticha. Myctaces longae.*
26. *Myoxus.* *Myctaces longae. Cauda rotunda apice crassior.*  
*Dipus.* *Pedes anteriores perbreves, posteriores praelongi.*
22. *Lepus.* *Dentes primores superiores duplicati.*  
*Hyrox.* *Dentes primores superiores lati. Cauda nulla.*

## V. PECORA.

27. *Camelus.* *Ecornis. Dentes laniarii plures.*
28. *Molchus.* *Ecornis. Dentes laniarii solitarii: superioribus exsertis.*  
*Giraffa.* *Cornua brevissima. Pedes anteriores posterioribus multo longiores.*
29. *Cervus.* *Cornua solida ramosa decidua. Dentes laniarii nulli.*  
*Antilope.* *Cornua solida simplicia persistentia. Dentes laniarii nulli.*
30. *Capra.* *Cornua tubulosa erecta. Dentes laniarii nulli.*
31. *Ovis.* *Cornua tubulosa reclinata. Dentes laniarii nulli.*
32. *Bos.* *Cornua tubulosa porrecta. Dentes laniarii nulli.*

## VI. BELLuae.

33. *Equus.* *Dentes primores superiores 6; inferiores 6.*
34. *Hippopotamus.* *Dentes primores superiores 4; inferiores 4.*  
*Tapir.* *Dentes primores superiores 10; inferiores 10.*
35. *Sus.* *Dentes primores superiores 4; inferiores 6.*

## VII. CETE.

37. *Monodon.* *Dentes in maxilla superiore 2 protensi, offei.*
38. *Balaena.* *Dentes in maxilla superiore, cornei.*
39. *Physeter.* *Dentes in maxilla tantum infraiore, offei.*
40. *Delphinus.* *Dentes in maxilla utraque, offei.*

I. PRI-

## I. PRIMATES.

*Dentes primores incisores: superiores IV, paralleli.*

*Mammae pectorales binae.*

## I. HOMO. Nosce te ipsum. (\*)

Sapiens. I. H. diurnus; varians cultura, loco.

Ferus. *Tetrapus, mutus, hirsutus.*

*Juvenis ursinus Lithuanus 1661.*

*Juvenis lupinus Hassiacus. 1544.*

*Juvenis ovinus Hibernus. Tulp. obs. IV. 9.*

*Juvenis bovinus Bambergenis Camerar.*

B 3

Juve-

(\*) NOSSE SE IPSUM gradus est primus sapientiae, dictumque Solonis, quondam scriptum literis aureis supra Diana templum.

*Physiologice:* Te contextum Nervis, intertextum Fibris, Machina fragili, sed adolescente in perfectissimam, facultatibus instructam fere omnibus, pluribus quam reliqua cuncta. Nudum in nuda humo, natali die, abiecit natura, ad vagitus statim et ploratum, manibus, pedibusque devincendum, flens Animal ceteris imperaturum; cui scire nihil sine doctrina: non sari, non ingredi, non vesci, non aliud naturae sponte. Plin. Vides itaque qualem vitam nobis rerum natura permisit, quae primum nascentium omen sicutum esse voluit. Seneca. Sed miseret atque etiam pudet aestimantem, quam sit frivola animalium superbissimi origo. Plin.

Tecum habita.

*Dialectice:* Te sanitate et tranquillitate si noveris felicem, Croeso, Salomone, Alexandre majorem: Te Moderatis conservandum, Nimiis destruendum, Variatis afficiendum, Insuetis frangendum, Consuetis indurandum. Te polyphagum Culina instructissima, per errores gratissima, igne vinoque horrenda. Parvo fames constat, magno fastidium. Opinio immensum desiderat; Natura exiguum et parabile, ergo ad superzacanæ sudatur, Seneca. Prout vivis, ita ibis.

Cura valetudinem!

*Pathologice:* Te tumidam usque dum crepueris bullam, piloque pendulam in puncto fugientis temporis. Nihil enim homine imbecillius terra alit. Homer. Nulli vita fragilior, nulli tot morbi, tot curae, tot pericula: Breve universum atque aevi tempus: Pars aequa morti similes exigunt, nec reputantur infantiae auni, qui sensu parent; nec senectae in poenam vivaces; hebefcant sensus, torquent membra, praemoriantur visus, auditus, incessus, dentes, ciborum instrumenta. Plin. Sic magna pars mortis jam praeterit, quicquid aetatis retro est mors tenet. Totum denique hunc, quem vides populum, quoisque cogitas esse; cito natura revocabit et condet; mors omnes aequa vocat; iratis Diis propitiisque moriendum. Senec. II. 59.

Memento mori!

*Naturaliter:* Te audacis naturae miraculum, animalium principem, cuius causa cuncta genuit natura, esse sumum animal flens, ridens, melodum, loquens, docile, judicans, admirans, sapientissimum: sed fragile, nudum, suscipere

*Juvenis Hannoveranus. 1724.*

*Pueri Pyrenaici. 1719.*

*Puella Transfhalana. 1717.*

*Puella Campanica. 1731.*

*Johannes Leodicensis Boerhavii.*

*America-*  $\alpha$ . *rufus, cholericus, rectus.*

*nus.* *Pilis nigris, rectis, crassis; naribus patulis; facie ephelitica; mento subimberbi.*

*Pertinax, contentus, liber.*

*Pingit se lineis daedaleis rubris.*

*Regitur consuetudine.*

*Euro-*  $\beta$ . *albus, sanguineus, torosus.*

*paeus.* *Pilis flavecentibus prolixis; oculis caeruleis.*

*Levis, argutus, inventor.*

*Tegitur vestimentis arctis.*

*Regitur ritibus.*

*y. Iuri-*

suapte natura inerme, ad omnem fortunae contumeliam projectum, alienae opis indigens, anxiae mentis sollicitaeque tutelae, querulæ viræ, precarii spiritus, pertinacis spesi, tardæ sapientiae. Temporis annihilati emortui contemptore, praefentis vividi dilapidatorem, futuri dubii aestimatorem in vita volucri, pretiosissima, irrevocabili; sic optima quaque dies miseris mortalibus aevi prima fugit; alium ad quotidianum opus laboriosa egeitas vocat, alium luxus incarcera, altilemque suffocat; alium ambitio nunquam quiescitat; alius divitias, quas optaverat, metuit, et voto laborat suo; alium solitudo, alium vestibulum semper obsidens turba. Hic se habere dolet liberos, hic se perdidisse; lacrymae nobis deerunt, antequam caussæ dolendi, quas detergant sola oblivia. Sed quousque nos malos nostra mala rapere; circumferre pericula, ruere in ignotos, iratos sine injuria, ferarum more occidere quem non oderimus, secundos optare ventos, quorum felicitas est ad bella perseverare: parum videlicet ad mortes nostras terra late patet. Senec. cetera animantia congregari contra dissimilata, at homini plura ex homine mala. Plin.

*Innocue vivito, Numen adest!*

*Politice:* Te recti loco tenere errorem publicum factum, qui te vix enixum consuetudinis larva induit, nutrit, educat, alit, regit, secundum quam honestus, foris, sapiens, moratus, pius existimari; cum gubernatus opinione vivas ad consuetudinem, nec ad rationem. Te, inter perituros constitutum, cum nulli contigit impune nasci, beneficii loco petere, ut ultimus cervicem praebetas, dum interim, dulci fortuna ebrius, colligendo in crastinum lapiillos fortunae certas, latratu in furorem ageris, aliter theorericæ pios odio persequeris, quantosque tumultus excitas, non ut servias, sed cui; nugis irrevocabile tempus consumis; immortalia aeternaque animo volutas, de feris nepotibus pronepotibusque disponis, novas spes oblitus conditoris tuae inchoas, immemor sepulchri arcis struis, cum interea longa conantem mors opprimit, at in agone oculos aperiens ( $\omega\delta\vartheta\omega\pi\omega\kappa$ ) somnium primo observas; Sic vivimus ut immortales, et morimur, ut mortales. Senec.

*Esto antiqua virtute et fide!*

*Mora-*

*Asiaticus.* γ. Iuridus, melancholicus, rigidus.  
*Pilis* nigricantibus; *oculis* fuscis.  
*Severus*, fastuosus, avarus.  
*Tegitur* indumentis laxis.  
*Regitur* opinionibus.

*Afer.* δ. niger, phlegmaticus, laxus.  
*Pilis* atris contortuplicatis; *cute* holoericea; *naso* simo; *labii* tumidis. *Feminis* finus pudoris; *mammæ* lactantes prolixæ.  
*Vafer*, fegrīs, negligens.  
*Ungit* se pingui.  
*Regitur* arbitrio. (\*)

B 4

e. folio

*Moraliter:* Te combinatum medullari animato volente justum, et corporeo affectuoso volente gratum, sub larva ineptum, lascivum, sectatorem, ambitosum, prodigum, querulum, astutum, morofum, invidum, malitiosum, avarum, transformari in attentum, castum, consideratum, modestum, sobrium, tranquillum, sincerum, mitem, beneficum, gratiosum, suis contentum. *Uni* animalium *luctus*, *luxuria*, *ambitio*, *avaritia*, *vivendique cupido*; *curat* atque *etiam post se* *de futuro*. *Plin.*  
*Benefac et laetare!*

*Theologice:* Te ultimum finem creationis;  
 In telluris globum, Omnipotens magisterium, introductum; ratione sapiente, secundum sensus concludente, mundi contemplatorem; ut ex opere agnosceres Creatorem omnipotentem, omniscium, immensem et sempiternum DEUM, cuius sub imperio quod moraliter vivas, a justissima ejus nemesis convincaris. (*Cetera revelata a Theologis explicanda.*)

Duo enim sunt, quae in cognitionem DEI ducant, *Creatio et Scriptura.*  
*Augustinus.*

DEUS itaque Natura cognoscendus, dein Doctrina recognoscendus.

*Tertullianus.*

Homo solus DEUM contemplatur, Naturae et revelationis eundem Auctorem,  
 quem Te DEUS esse  
 jussit, et humana qua parte locatus es in re, disce.

*Perf. Sat. III. 71.*

*Memento Creatoris Tui!*

(\*) Melius forsitan displicerentur hominum species ita:

albus. α. Structura ad leges pulchritudinis, quas nos quidem putamus esse, quam maxime accommodata.

Huc spectant Europæ fere omnes; incolae Asiae, intra Obium, mare Caspium, montem Imaum, et Gangen sitas; porro Africæ septentrionalis, et ipsi Groenlandi et Eskimos.

badius. β. Ex flavo fuscī, pilis rarioribus, facie plana, oculis parvis.  
 Huc referas reliquos Asiae incolas.

niger. γ. Pilis crispis, naso retuso, labiis tumidis.  
 Huc pertinent ceteri Africæ incolae.

δ. Co-

*Monstro-* e. solo (a) et arte (b. c.) variat:

- sus. a. *Alpini* parvi, agiles, timidi.  
*Patagonici* magni, fegnes.
- b: *Monorchides* ut minus fertiles: *Hottentotti*.  
*Imherbes* plures Americae populi.
- c. *Macrocephali* capite conico: *Chinenes*.  
*Plagiocephali* capite antice compreso: *Canadenses*.

*Habitat intra Tropicos Palmis Lotophagus.*

*Hospitatur extra Tropicos sub novercante Cerere, carnivorus.*

**DESCRIPTIO:** CORPUS erectum, nudum, uti quidem in lucem editur inerme, pilis raris remotissimis adspersum, subsexpedale.

CAPUT obovatum: *Pileus* longius pilosus: *Syncipite* obtuso,  
*Vertice* obtuso, *Occipite* gibbo.

Facies nuda: Frons planiuscula quadrata, temporibus compressa, angulis finu intra pileum adscendens. Supercilia prominula pilis extorsum in futuram imbricatis, interstincta *Glabella* planiuscula. *Palpebra superior* mobilis, inferior quies; utraque *ciliis* exstantibus subrecurvatis pectinata: *Oculi* nullo musculo suspensorio detenti, rotundi: *Pupilla* orbiculata absque membrana nifilitante. *Genae* gibbae, molliusculae, coloratae. *Mala* compressiusculae. *Buccae* laxiores. *Nasus* prominens, labio brevior, compressus, apice altior gibbosiorque: *Naribus* ovatis intus hirtis, margine crassiusculo. *Labium superius* subperpendiculare, lacuna exaratum; *labium inferius* erectiusculum, magis gibbum. *Mentum* prominens, obtusum, gibbosum. *Os* maribus fetis barbatum, impennis mentum fetis fasciculatum. *Dentes* maxillae ipsi insidentes utrinque *Primores* incisores, erecti, paralleli, approximati, magis aequales, plani ac rotundi, quam quidem in aliis animalibus; *Laniarii* solitarii, primoribus paulo longiores, breviores tamen, quam in aliis animalibus, utrinque reliquis approximati; *molares* quini, obtusiusculi, non tam alte incisi, quam in aliis animalibus. *Aures laterales*: *auriculae* rotundato-lunatae, appressi- usculae,

*cupreus.* d. Colore cutis ad cuprum accidente.

Huc numerandi reliqui praeter Groenlandos et Eskimos' Americae incolae.

*fusca.* e. Ut plurimum colore fusco, naso lato, pilis densioribus.

Huc spectant insularum australium, et plurimarum indicarum incolae.

G.

usculeae, nudae, supra margine fornicatae; infra gibbosae,  
molles.

TRUNCUS constans collo, thorace, dorso, abdomine.

*Collum* teretiuseculum, capite brevius; *vertebrae* ejus nullo li-  
gamento suspensorio connexae; *cervicis nucha* concava; *gu-  
la* supra concava, medio subtus gibba.

*Thorax* antice posticeque depressoesculus; *pectus* planiusculum,  
*jugulo* excavato, *axillis* concavis barbatis, *scrofulo* pla-  
niore. *Mammae* duae, pectorales, distantes, gibbae, ro-  
tundatae; *papilla* cylindrica, obtusa, rugosa, *areola* cineta.

*Dorsum* tergo planiusculo, humeris exstantibus, *interscapulio*  
depresso.

*Abdomen* gibbum, laxum; *umbilico* excavato, *epigastrio* pla-  
niore, *hypogastrio* gibboiore, *inguinibus* planiusculo-con-  
cavis. *Pubis* regio barbata. *Pelvis* supra dilatata, infra  
angustata. *Genitalia* exserta: *pene* cylindrico, scroto sub-  
rotundo, rugoso cute laxa, *futura* longitudinali per *peri-  
nacum* excurrente, s. *vulva* gibba compressiusecula, *hymene*,  
*clitoride*, *nymphisque* instrueta, ex qua fluxus adultis sangu-  
nis periodicus. *Cauda* exserta nulla.

ARTUS ex *Manibus* loco pedum anteriorum, et *pedibus* poste-  
rioribus.

Manuum *Armi* divaricati crassiusculi, teretes, longitudine pe-  
dum. *Cubitus* obtuso-prominulus. *Ulna* crassitie armo-  
rum, teres, introrsum planior. *Palmae* rotundatae, dilata-  
tae, planae, extus convexae; *vola* concava; *digitii V:*  
*Pollex* remotus, brevior, crassior; *Digitii 2, 3, 4, 5* ap-  
proximati, horum 5 minor reliquis, dein 2, 4, sed 3 pau-  
lo longior, medium femoris attingens. *Ungues* omnibus  
rotundati, obovati, plano-convexi; *lunula* pallida.

Pedum *Femora* approximata, *lumbis* musculosis, *natibus* gib-  
bis carnosis, *genibus* antrosum versis, obtusissimis, popli-  
tibus subtus concavis. *Crura* longitudine femorum; posti-  
ce musculo-ventricosa, inferne angustiora, antice macra.  
*Calcanei talis* oblongis et (quam in aliis animalibus) latiori-  
bus, cum planta pedis ipsa junctis, insistentes, crassi, pro-  
minuli, gibbi: *malleolis* lateralibus oppositis, hemisphae-  
ricis, duriusculis. *Plantae* oblongae supra convexiusculae,  
subtus planae, transversim concavae. *Digitii V:* omnes in-  
curvi, subtus gibbi, approximati: *Pollex* crassior, brevior;  
2, 3 subaequales, 4, 5 decrescentes, ultimo minimo.  
*Ungues* ut in manibus omnes.

B 5

*Differit*

*Differt itaque a reliquis corpore erecto nudo; at piloso capite, superciliis, ciliisque, in maturis pube, axillis, in masculo sexu mento. Mammae 2 pectorales. Caput cerebro omnium maximo; uvula; organa loquela; facies abdomini parallela, nuda; naso prominente, compresso, breviore, mento prominente. Cauda nulla. Pedes talis insilentes. Feminis hymen, et menstrua.*

**2. SIMIA. Dentes Primores utrinque IV, approximati.**

*Laniarii solitarii, longiores, hinc remoti.*

*Molares obtusi.*

\* Cauda nulla, *Simiae veterum.*

Troglodytes. 34. *S. ecaudata macrocephala torosa, dorso et humeris pilosiss, reliquo corpore glabro. Blumenbach Compend. histor. natur. I. p. 65. et de generis humani varietate nativa. p. 37.*

*Satyrus indicus. Tulpii observat. medic. p. 284. Tab. XIII. Chimpanzee. Scorin. v. Nov. Act. Er. Lips. m. Sept. 1739.*

*Tab. V. p. 564.*

*Habitat in Angola, 1738. mense Augusto primo in Europam, Londinium scilicet, delatum animal.*

Satyrus. 1. *S. ecaudata ferruginea, lacertorum pilis reversis, natibus tectis. Amoenit. acad. 6. p. 68. t. 76. f. 4.*

*Homo sylvestris. Edw. av. 5. p. 6. t. 213.*

*Orang-Utang. Camper kort Bericht wegens de Ontleding van verschedene Orang-Utangs. Amsterd. 1778. 8.*

*Habitat in insula Borneo.*

Corpus

---

Quae de homine troglodyte refert Immortalis Auctor, partim figuramentis nituntur, partim ad monstruosam morbosam hominum progeniem, partim ad simias pertinent. Ad prima referto praefertim, quae de loquela, cogitationibus, ratiociniis ejus referuntur; alterum restatur citatum Kakurlacko synonynon, tertium Bontius allegatur et reliqua descriptio: Ad fictitia referto pariter luciferum sive hominem caudatum.

*Simia quam similis turpissima bestia nobis, Ennius; quod Simiae Mammae, Clitoris, Nymphae, Uterus, Uvula, Cilia, Ungues hominis sunt; ligamentum colli suspensorium, ut illi, deficit; Mirum adeo parum differre multissimam Simiam a sapientissimo homine.*

capite,  
naſculo  
mnium  
paral-  
, men-  
s. Fe-  
  
rox-  
hinc  
  
s pilo-  
biflor.  
nativa.  
  
. XIII.  
• 1739.  
copam,  
  
natibus  
  
tleding  
3.  
  
Corpus  
  
nitun-  
tim ad  
gitatio-  
ko syn-  
refero  
  
ummae,  
; ligas-  
differre

*Corpus bipedale, saepius erectum, undique vestitum brunnneum, pilis rarioribus rufo-fuscis, longitudine vix digiti. Pili in lacertis reversi versus cubitum. Nates tectae. Caput rotundum. Frons nuda. Oris margo hirtus. Cilia nigra; superiora longiora, densiora. Superciliorum loco series transversa pilorum. Nares brevissimae subvillosae. Palmae intus glabrae, pollice palma breviore. Plantae forma pedum, pollice brevissimo, reliquis digitis longioribus.*

*Magna huic cum homine intercedit similitudo, ossa etiam hyoideo; ast praeter alia cum simiis communia pollici pedum posteriorum deest unguis, laryngis alia plane est struetura, et tum musculi, tum universa ossium compages ostendunt non natum esse bipedi ingressui animal.*

*Habetur hujus varietas major quinque vel sex pedum.*

*Great Ape. Pennant synops. of quadr. n. 64. p. 93.*

*Pongo. Buffon histoir. natur. Vol. XIV. p. 43.*

*Homo sylvestris, Orang-Outang. Bont. jav. 84. t. 84.*

*An sexu aut aetate, vel, quod probabilius, varietate aut specie differunt, patria certissime diversae, quae ipsis est Angola?*

*Homo sylvestris, Orang-utang. Tyson anat. of a pygmy. Lond. 1699. 4. f. 1. 2.*

*Jocko. Buffon histoir. natur. Vol. XIV. p. 43. T. 1. \**

*Cyolock. de Visme aet. angl. Vol. XIV. p. 73. T. 3.*

Lar.

35. *S. ecaudata, natibus calvis, brachiis longitudine corporis.*

*Homo Lar, brachiis longitudine corporis. Mantiss. pl. 2.*

*p. 521. Miller on various subj. of nat. hist. t. XXVII. A. B.*

*Grand Gibbon. Buffon hist. natur. T. XIV. p. 92. T. 2.*

*Longarmed ape. Pennant Quadr. p. 99. n. 66.*

*Simia longimana. Schreber Saeugthiere, I. p. 66. Tab. III. 1.*

*Habitat in India, mitis, segnis, frigoris pluviaeque impatiens.*

*Facie incarnata subnuda, et ingressu saepius erecto magis ad hominem accedit, quam Satyrus. 4 pedum altitudinem asequitur, niger.*

*Habetur autem varietas fusca vix ultra  $2\frac{1}{2}$  pedes alta.*

*Petit gibbon. Buffon hist. nat. XIV. t. 3.*

*Schreber Saeugth. T. III. f. 2.*

Sylvanus. 2. *S. ecaudata, natibus calvis, capite subrotundo, brachiis brevioribus.*

*Simia. Gesn. quadr. 847.*

Simia

Simia unguibus omnibus planis et rotundis. *Briff. quadr.*  
188.

Cercopithecus. *Jonst. quadr. t. 59. f. 5.*

Pitheque. *Buffon hist. nat. Vol. I. p. 84.*

Pygmy-ape. *Pennant Synopsis, p. 98. n. 65. T. 12. f. 1.*

Habitat in Africa, Zeylona. Minatur minis, cachinno blanditum, Caffrorum more salutat. Sorbilia manu haurit.

Frons ad superciliorum regionem transverse gibba. Facies brevis plana. Pellis ursina. Scrotum tanquam intra vulvam reconditum; vel penis intra serotiforamen; autumno testiculi intumescunt. Sedes feminae rapi instar exuberans. Lacertorum pilis subitus reversi, uti et cervicis. Πιθηκον veterum.

Anatome. *E. N. C. d. 2. a. 7. obs. 40.*

Inuus. 3. S. ecaudata, natibus calvis, capite oblongo.  
Simia cynocephala, unguibus planis et rotundatis. *Briffon quadr. 191.*

Cynocephalus 1 et 2. *Alpin. aegypt. p. 241. T. 15. f. 1. et T. 16.*

Magot. *Buffon hist. natur. XIV. p. 109. T. 8. 9.*

Barbary-ape. *Pennant Synopsis. p. 100. n. 67.*

Simia Inuus. *Schreber Sacugthiere, I. p. 71. T. V.*

Habitat in Africa.

Simillima S. Sylvano et Cynocephalo, sed rostro productiore, colore pallidiore; non misetur cum Sylvano. Ungues omnes rotundati.

\* \* Cauda abbreviata: Papiones, Κυρωνεφαλαι veterum.

Nemestri-4. S. semicaudata subbarbata grisea, iridibus brunneis, natibus calvis.

Simia brevicaudata. *Edw. av. 5. p. 8. t. 214.*

Habitat in Sumatra.

Apedia. 5. S. semicaudata, palmarum pollice approximato, unguibus oblongis: pollicum rotundatis; natibus testis.

Simia cauda abrupta, unguibus compressis: pollice palmarum digitis adhaerente. *Amoen. acad. I. p. 278.*

Habitat in Indiis.

Magnitudo et color scuri, subgrisea.

Pollex manuum antecarum non remotus. Ungues omnes oblongi compressi, sed pollicum tam anteriorum, quam posticorum humanis similes. Cauda brevissima, vix pollicis trans-

Sphin

Morr

Main

quadri.  
f. I.  
io blan-  
taurit.  
Facies  
u intra  
n; au-  
star ex-  
tervicis.  
Briffon  
f. I. et  
uctiore,  
Ungues  
λα ve-  
, nati-  
guibus  
palma-  
nes ob-  
im po-  
pollicis  
trans-

*transversi. Os fuscum pilis patulis. An a S. sciurea  
specie distincta?*

- Sphinx. 6. S. semicaudata, ore vibrissato, unguibus acuminatis, natibus calvis.  
*Papio f. Baboon. Gesn. quadr. 252. t. 253. Aldrov. dig. 260. Jonst. quadr. 145. t. 61. f. I. Raj. quadr. 158. Briff. quadr. 192.*  
*Papion. Buffon hist. nat. T. XIV. p. 133. T. 13. 14.*  
*Simia Sphinx. Schreber Saeugthiere, I. p. 80. Tab. VI.*  
*Habitat in Borneo, animal libidinosum, mulieribus facile vim inferens, robustum et ferox.*  
*Caput oblongum canis, sed obtusius. Collum longum. Cauda brevis, erecta. Nates sanguinolentae.*

- Mormon. 36. S. semicaudata subbarbata nigro-fusca, malis tumidis nudis cyaneis oblique striatis, natibus calvis sanguineis.  
*Alstroemer Act. Holmiens. 1766. Vol. 27. p. 138.*  
*Simia semicaudata barbata, vertice setis erectis mitram referentibus obsito, unguibus acutis. Kramer animal. aust. p. 310.*  
*Mantegar. Philosoph. Transact. n. 290.*  
*Chloras. Breslauer Natur- u. Kunstsgech. XV. Verf. 177.*  
*Tufted ape. Pennant synops. p. 102. n. 68. T. 12. 13. f. 2. I. (ic. mal.)*  
*Simia Mormon. Schreber Saeugthiere, I. p. 65. T. VIII.*  
*Habitat in India.*  
*Frons pilis erectis fastigiatis canis. Rostrum productum nudum. Nasus sanguineus. Bucca nuda caerulescens, oblique sulcata. Barba alba brevis. Gula flavescens. Collum supra canum, subtus flavescens. Dorsum griseo-fuscum. Abdomen exalbidum. Lumbi pilo tenuiore perlucente, cute violacea. Nates tuberosae nuda, sanguineae. Sutura abdominis longitudinalis, nuda, sanguinea. Cauda abbreviata. Ungues acutiusculi, pollicum rotundati. Georgii.*

- Maimon. 7. S. semicaudata subbarbata, genis caeruleis striatis, natibus calvis.  
*Cynocephalus. Gesn. quadr. 93. t. 93. Clus. exot. 370.*  
*Cynocephalus 2. Jonst. quadr. t. 59. f. 4.*  
*Cercopithecus cynocephalus, anterius longis pilis, naso violaceo nudo. Briff. quadr. 214.*  
*Mandrill. Buffon hist. nat. XIV. p. 154. T. 16. 17.*

Ribbed.

- Ribbed-nose ape. *Pennant Synops. p. 103. n. 69.*  
*Simia Maimon. Schreber Saeugthier. I. p. 74. T. VII.*  
*Habitat in Guinea.*  
*Diffr. a priori naso similiter caerulecentem, et deficiente verticis coma.*
- Porcaria.** 48. *S. semicaudata, capite fuillo, rostro nudo, corpore fusco-olivaceo, natibus tectis, unguibus acuminatis. Boddaert Naturf. 22. p. 17. t. 1. 2.*  
*Habitat in Africa, χειροπιθηνος Aristotelis, 3 pedes et 6 pollices longus.*
- \* \* \* *Cauda elongata: Cercopithei, Κηβαι Aristotelis.*  
*\* buccis saccatis, natibus calvis.*
- Cynosu-** 37. *S. caudata imberbis, facie elongata, fronte fuliginosa, fascia superciliari albida, genitalibus masculis coloratis, unguibus convexis. Scopoli delic. flor. et faun. infabric. Ticin. 1786. fol. P. I. p. 44. T. XIX.*  
*Habitat in - - -*  
*Statura canis mediocre; corporis longitudine fere bipedalis.*  
*Animal infidum, inquietum, salacissimum.*
- Hama-** 8. *S. caudata cinerea, auribus comosis, unguibus acutiusculis, natibus calvis.*  
*Simia aegyptiaca, cauda elongata, clunibus tuberosis nudis. Hasselq. it. 189.*  
*Simia supra aures comata. Alpin. hist. nat. Aeg. p. 242. T. 17--19.*  
*Cynocephalus. Gefn. quadr. p. 252. fig. p. 253.*  
*Dog-faced ape. Penn. synops. p. 107. n. 72. Tab. 14. f. 1.*  
*Simia Hamadryas. Schreber Saeugth. I. p. 82. T. X.*  
*Habitat in Africa.*  
*Corpus cinereum. Cauda longitudine vix corporis. Aures longa coma utrinque dependente galericuli in modum.*  
*Nates calvae sanguinolentae.*
- Veter.** 9. *S. caudata barbata alba, barba nigra.*  
*Cercopithecus barbatus albus, barba nigra. Briss. quadr. p. 147.*  
*Simia alba seu incanis pilis, barba nigra promissa. Raj. quadr. p. 158.*  
*Lowando. Buffon hist. nat. T. XIV. p. 169.*  
 $\beta$ . *Simia lactea barbata. Penn. synops. p. 110.*  
*Habitat in Zeylona.*

10. S.

- Silenus. 10. *S. caudata barbata nigra*, barba nigra prolixa.  
*Cercopithecus barbatus niger*, caesarie prolixa faciem cingente. *Briss. quadr.* 209.  
*Simia Callitrix magnitudine magnorum cynocephalorum*.  
*Alpin. aeg. p. 242. t. 21.*  
β. *Simia Silenus caudata barbata*, corpore nigro, barba nivea prolixa. *Syft. edit. X. p. 26.*  
*Cercopithecus barbatus niger*, barba incana promissa. *Raj. quadr. p. 158.*  
*Ouanderon*. *Buffon hist. nat. T. XIV. p. 169. T. 18.*  
*Lion-tailed ape*. *Pennant syn. p. 109. n. 73. T. 13. A. f. I.*  
*Simia Silenus*. *Schreber Saeugth. Tom. I. p. 88. sqq. Tab. XI.*  
*Habitat in Zeylona et reliqua India.*

- Faunus. 11. *S. caudata barbata*, cauda apice floccosa.  
*Cercopithecus barbatus infra albus*, barba incana mucronata, cauda in floccum. *Briss. quadr.* 209.  
*Cercopithecus barbatus* I. *Clus. exot. p. 371.*  
*Malbrouck*. *Buffon hist. nat. T. XIV. p. 224. Tab. 29.*  
*Simia Faunus*. *Schreber Saeugth. I. p. 90. T. XII.*  
*Habitat in Bengala.*  
*Corpus nigricans*. Pectus et abdominis anteriora alba. Earba incana mucronata. *Ungues humani.*

- Cyno- 15. *S. caudata imberbis*, naribus bifidis elatis, cauda arcuata, molgus. natibus calvis.  
*Cercopithecus cynocephalus*, naribus bifidis elatis, natibus calvis. *Briss. quadr. 213.*  
*Cercopithecus angolensis major*. *Raj. quadr. 155.*  
*Macaque*. *Buffon hist. nat. XIV. p. 190. t. 20.*  
*Hare-lipped ape*. *Penn. syn. p. 111. n. 74.*  
*Simia cynomolgos*. *Schreber Saeugth. I. p. 91. T. XIII.*  
*Habitat in Africa; vigilias noctu instituit in arboribus, vix a sequente diversa.*

- Cynoce- 16. *S. caudata imberbis flavescentes*, ore producto, cauda recta, phalos. natibus calvis.  
*Cercopithecus cynocephalus ex viridescentibus et flavicantibus pilis*. *Briss. quadr. 213.*  
*Cercopithecus*. *Zonst. quadr. t. 59. f. ult.*  
*Habitat in Africa.*  
*Simillima S. Inuo, sed caudata.*

I Vertebrata I. Digitata. I Mammalia

32

MAMMALIA PRIMATES. Simia.

Diana. 17. *S. caudata barbata*, fronte barbaque fastigiata. *Aet. Stokk.*  
*1754. p. 210. Tab. 6.*

*Cercopithecus barbatus fuscus*, punctis albis inspersis, barba  
alba. *Briff. quadr. p. 148. n. 23.*

*Cercopithecus barbatus guineensis*. *Raj. quadr. 159.*

*Cercopithecus barbatus* 2. *Clus. exot. 371.*

Spotted ape. *Penn. syn. p. 112. n. 75.*

Simia Diana. *Schreber Saeugth. I. p. 94. T. XIV.*

Habitat in Guinea.

*Junior ludibunda dejicit omnia, peregrinos mutitando sa-*  
*lutat, irata maxillas biante ore exagitat. Adultior den-*  
*tibus laniarii elongatis mordax et maligna evadit. Cu-*  
*bile purum servat; vocata respondet grec.*

*Magnitudo felis majoris, nigra punctis albidis. Dorsum*  
*postice ferrugineum. Femora subtus helvola. Gula pectus-*  
*que alba. Frons pilis erectis albis fastigiatis linea trans-*  
*versa in formam lunae crescentis. Barba fastigiata nigra,*  
*subtus alba longiorque, infidens tuberi adiposo. Linea*  
*alba ab ano ad genua ab exteriore latere femorum duceta.*  
*Cauda recta longa nigra, uti facies, aures, abdomen,*  
*pedes.*

Sabaea. 18. *S. caudata imberbis flavicans*, facie atra, cauda cinerea,  
natibus calvis.

*Cercopithecus ex cinereo flavescentis*, genis longis pilis albis  
oblitis. *Briff. quadr. p. 145. n. 17.*

*Cercopithecus de S. Jago*. *Edw. av. V. p. 210. t. 215.*

Callitriches. *Buffon hist. nat. T. XIV. p. 272. T. 37.*

Green ape. *Penn. syn. p. 112. t. 76.*

Simia Sabaea. *Schreber Saeugth. I. p. 100. t. XVIII.*

Habitat in Insulis promontorii viridis, ad caput bonae spei,  
et in finitimis regionibus.

*Corpus statura Diana s. Aygulae, magnitudine cati, supra*  
*cinereo-viridi-flavescentis; subtus gula, pectore, abdomi-*  
*ne, femoribus album. Facies nuda, atra. Tempora ex*  
*albido flavescentia pilis longioribus reversis; supercilia ni-*  
*gra setosa. Cauda recta, longitudine corporis, cana.*  
*Pedes cinerei; unguis rotundati, sed in anticis ovati.*

Cephus. 19. *S. caudata*, buccis barbatis, vertice flavescente, pedibus  
nigris, cauda apice ferruginea.

*Cercopithecus nigricans*, genis et auriculis longis pilis ex  
albo flavidantibus, ore caeruleofuscante. *Briff. quadr. 206.*

Cerco-

2 Cercopithecus / Simia a catarrhinis 2 Simia

MAMMALIA PRIMATES. Simia.

33

Cercopithecus barbatus alias Guineensis. Raj. quadr. 156.

Montiac. Buffon hist. nat. T. XIV. p. 283. t. 39.

Simia Cephus. Schreber Sacugth. I. p. 102. T. XIX.

Habitat in Guinea.

Corpus statura Diana, fuscum, subtus cacrulsecente-can-  
dicans. Caput pilis arrectis albidis; lunula supercilio-  
rum alba transversa; palpebrae superiores albae; buccae  
pilis patulis; os caerulescens.

Aethiops. 38. S. caudata imberbis, capillitio erecto lunulaque frontis  
albis. Syst. nat. ed. X. p. 28. n. 14.

Mangabey. Buffon hist. nat. T. XIV. p. 244. t. 82. 83.

White eye-lid ape. Penn. syn. p. 114. n. 77.

Simia Aethiops. Schreber Sacugth. I. p. 105. T. XX. XXI.

Habitat in Madagascari.

Aygula. 21. S. caudata subimberbis grisea, eminentia pilosa verticis  
reverla longitudinali. Osbeck iter. 99.

Simia nigra magnitudinis mediae. Edw. av. 221. t. 311.

Aigrette. Buffon Hist. nat. T. XIV. p. 190. t. 21.

Simia Aygula. Schreber Sacugth. I. p. 106. T. XXII.

Habitat in India, praesertim Java.

Corpus griseum lupi coloris, subtus gula, pectore, abdomi-  
neque albicans. Cauda corpore longior cinerea attenuata.  
Facies planiuscula, albida, nuda. Nalus depresso, bre-  
vissimus, ab ore remotus, lacuna labii superioris gemina.  
Bucca subbarbata, pilis sursum versis. Supercilia frontis  
gibba, setosa, prominentia. Pedes nigri, semipalmati.  
Ungues pollicum rotundati, reliqui oblongi. Auriculae  
acutiusculae. Sutura arcuata ab aure versus oculos deor-  
sum ad basin maxillae inferioris. Sutura alia cubiti lon-  
gitudinalis.

Varietas? mea capite rotundiore; facie minus nigra, colore  
corporis minus ferrugineo; ligata saltat continuo.

nictitans. 23. S. caudata imberbis nigra punctis pallidis adspersa, naso  
albo, pollice palmarum brevissimo, natibus tectis.

Cercopithecus angolensis alias, totus niger, at insperso ea-  
no nigredini per totum corpus, naso albo. Marcgr. Bra-  
sil. p. 227.

Habitat in Guinea, ludibunda, capite continuo nictitans  
apud Profess. Botan. Burmannum Amstelodami visa.

Magnitudo fere Sylvani. Os breve. Facies pilosa. Orbis  
nudae. Irides luteae. Pili corporis nigri, annulis  
aliquot

C

Stokh.  
s, barba

9.

ndo fa-  
vor den-  
it. Cu-

Dorsum  
pectus-  
a trans-  
a nigra,  
Lineas  
n ducta.  
bdomen,

cinerea,

ilis albis

15.

nae spei,

i, supra  
abdomi-  
pora ex-  
cilia ni-  
, cana-  
ovati.

pedibus

pilis ex-  
dr. 206.  
Cerco-



*aliquot pallidis. Labia et mentum albida. Cauda recta cylindrica, corpore longior. Pedes et cauda nigra. Pollex palmarum non longior primo articulo indicis. Cl. Alstroemer.*

Sinica. 39. *S. caudata imberbis, capillito undique horizontaliter caput obumbrante. Mantiss. plant. 2. p. 521.*

Bonnet chinois. *Buff. hist. nat. T. XIV. p. 224. t. 30.*

Chinese ape. *Penn. synops. p. 117. n. 83.*

Simia sinica. *Schreber Sacugth. I. p. 108. t. XXII.*

*Habitat in Bengala.*

*Cauda corpore multo longior: Ungues pollicis rotundi, reliquorum digitorum oblongi.*

Nemaeus. 40. *S. caudata imberbis, buccis barbatis, cauda alba. Mantiss. plant. 2. p. 521.*

*Cercopithecus cinereus, genis longis pilis ex albo flavicantibus obsitis, torque ex caftaneo purpureofuscante. Briffon. quadr. p. 146.*

Douc. *Buffon hist. nat. T. XIV. p. 298. T. 41.*

Cochinchina ape. *Penn. syn. p. 119. n. 85.*

Simia Nemaeus. *Schreber Sacugth. I. p. 110. t. XXIV.*

*Habitat in Cochinchina.*

*Statura bipedalis. Facies fere spadicea; aures ejusdem coloris. Frontis fascia angusta magis fusca; pili suprapositi nigri; pili faciem cingentes albidi flavidis intermixtis: Colli ad anteriora torquis ejusdem coloris ac frontis fascia. Humeri et brachia superiora nigra; manus albidae; inguina ejusdem coloris. Crura superius, ut et digiti pedum nigri. Pedes ipsi inde a genibus fuscii. Ex hac specie potissimum Bezoar simiae.*

Mona. 41. *S. caudata barbata, lunula superciliari elata ex albo grisea.*

*Cercopithecus pilis ex nigro et rufo variegatis vestitus, pedibus nigris, cauda cinerea. Briff. quadr. p. 141.*

Mone. *Buff. hist. nat. T. XIV. p. 258. t. 36.*

Varied ape. *Penn. syn. p. 118. n. 84.*

Simia Mona. *Schreber Sacugth. I. p. 97. t. XV.*

*Habitat in Mauritania et calidiore Asia.*

*Animal sequipedale, blandum, docile, frigus ferens.*

rubra. 42. *S. caudata barbata, buccis barbatis, vertice, dorso caudaque ex rufo sanguineis.*

Pates. *Buffon hist. nat. T. XIV. p. 208. t. 25. 26.*

Red

- recta  
Pollex  
z. Al-  
er ca-  
i, re-  
antiff.  
vican-  
iffon.  
  
m co-  
rapo-  
ixtis :  
s fas-  
idae ;  
ti pe-  
e bac  
  
risea,  
pedi-  
at  
  
auda-  
  
Red
- Red ape. *Penn. syn. p. 116. n. 8.*  
*Simia Mona. Schreber Saeugth. I. p. 98. t. XVI.*  
*Animal sesquipedale. Fascia supra oculos nunc alba, nunc nigra. Cauda corpore longior.*
- Talapoin. 43. *S. caudata barbata, buccis barbatis, auribus, naso et pedum plantis nigris.*  
*Talapoin. Buffon hist. nat. T. XIV. p. 287. t. 40. Schreber Saeugth. I. p. 101. t. XVII.*  
*Altitudine pedem non superat. Cauda sesquipedalis.*
- Petauri- 44. *S. caudata barbata, dorso, caudae superiore, et pedum anteriore latere ex olivaceo nigris, facie nigra, nasi macula triquetra nivea.*  
*Blanc-nez. Allamand edit. de l'hist. nat. de Buffon. T. XIV. p. 141. t. 39.*  
*Simia Petaurista. Schreber Saeugth. I. p. 103. t. XIX. B.*  
*Habitat in Guinea. \**  
*Blandum et agile animal, 13 pollices altum, cauda 20 citer pollices aequante.*
- Maura. 45. *S. caudata barbata, buccis et universa facie, palpebris et regione ab oculis ad nasi finem protensa exceptis, barbata, corpore ex luteo fuscō.*  
*Middle-sized black monkey. Edw. av. 3. p. 221. t. 311.*  
*Simiolus ceilonicus. Seba thes. I. p. 77. t. 48.*  
*Negro ape. Pennant syn. p. 115. n. 80.*  
*Simia Maura. Schreber Saeugth. I. p. 107. t. XXII. B.*  
*Habitat in Zeylona et Guinea.*  
*Agile animal, dum sedet, 7 pollices altum. Cauda corpore longior.*
- Roloway. 46. *S. caudata barbata, capite, dorso, manibus pedibusque extrinsecus nigris, interius una eum abdomine et corona pilorum faciem triquetram ambiente albis.*  
*Palatine ou Roloway. Allamand edit. de l'hist. nat. de Buffon T. XV. p. 77. t. 13.*  
*Habitat in Guinea.*  
*Animal blandum sesquipedale, cauda ejusdem longitudinis.*  
*\* \* buccis non succatis, natibus tellis.*  
*\* cauda prehensili.*
- Beelze- 12. *S. caudata barbata nigra, cauda prehensili, extremo pedibusque brunneis.*  
*Cercopithecus niger, pedibus fuscis. Brisson quadr. 194.*

Guariba. *Maregr. brasili.* p. 226.  
 Howling baboon. *Bancroft Guiana.* p. 133.  
 Ouarine. *Buffon hist. nat. T. XV.* p. 5.  
*Habitat in America meridionali.*  
*Gregatim noctu et interdiu vagatur, continuo et satis sonoro ululatu sylvas replens, ferox.*  
*Corpus magnitudine vulpis nigrum, pilis longis laevissimis nitidum. Barba rotunda nigra. Pedes et caudae extre-  
mum fusca.*

*Seniculus. 13. S. caudata barbata rufa, cauda prehensili.*

*Cercopithecus barbatus saturate spadiceus. Briss. quadr. 206.*  
*Cercopithecus barbatus maximus ferruginosus stentorosus,*

*Alacuta, Singe rouge. Barrere Franc. equin. p. 150.*

*Arabata. Gumilla Orenoquo. 2. p. 8.*

*Alouate. Buffon hist. nat. T. XV. p. 5.*

*Habitat Carthageneae, in Cayenna, ad Amazonum fluvium  
in silvis. Transeuntes ex arboribus voce ingrata, rauca  
admodum, simul clamosa eminusque audienda salutant;  
vix adspicere sinunt, quin illico clament. Vicitant mu-  
sae fructibus. Jacquin.*

*Corpus mediocre, colore conformi rubro. Os hominis instar  
in anteriore faciei parte mento propendente satis magno,  
ut in homine.*

*Paniscus. 14. S. caudata imberbis atra, cauda prehensili, palmis tetractylis.*

*Simia fusca major, palmis tetractylis, cauda prehensili ad apicem subtus nuda. Brown jamaic. 489.*

*Cercopithecus in pedibus anterioribus pollice carens, cauda inferius versus apicem pilis destituta. Briss. quadr. 211.*

*Coaita. Buffon hist. nat. T. XV. p. 16. t. I.*

*Quato. Bancroft Guiana. p. 131.*

*Simia Paniscus. Schreber Saeugth. I. p. 115. t. XXVI.*

*Habitat in America meridionali. Agilis, audax, gesticulationum et vindictae amans, frigoris impatiens.*

*Corpus atrum, aliquando potius fuscum, magnitudine molossi. Pedes omnes, quemadmodum abdomen, graciles; hi et cauda dimidia exterior nunc brunnea, nunc cum reliquo corpore atra. Caudae extremitas bina nuda, qua, quicquid a terra elevat,prehendit. Digi pedum 4-5. Hallmann; est vero pollex reliquis minor, introrsum a reliquis remotus. Ungues manuum rotundati, pedum oblongi scutuli. D. Ayinen. Facies nuda rubra. Auriculae nudae.*

20. S.

trepida. 20. S. caudata imberbis, capillitio erecto, manibus pedibusque caeruleis, cauda prehensili villoso.

Simia, cauda comata. *Edw. av. t. 212.*

*Habitat in Surinamo.*

*Corpus fuscum subtus ferrugineum. Capitis pili erecti nigri in capillitium hemisphaericum. Cauda pilosa. Ungues rotundati. An sola varietas Apellae?*

Fatuellus. 28. S. caudata imberbis, cauda prehensili, capitibus fasciculis pilorum duobus corniculorum acenulis. *Briff. quadr. 195. n. 3.*

*Habitat in America meridionali.*

*Corpus: Facies, latera, abdomen, crura anteriora fusca; Vertex, medium dorso, cauda, pedes, crura posteriora nigra. Ungues longi obtusiusculi. Cauda spiralis. An reapse differt ab Apella?*

Apella. 29. S. caudata imberbis, cauda subprehensili, corpore fuso, pedibus nigris, natibus testis.

*Cercopithecus fuscus, capitibus vertice nigro. Briff. quadr. p. 137. n. 1.*

Sajou. *Buffon hist. nat. T. XV. p. 37. t. 4.*

Simia Apella. Schreber *Saeugth. I. p. 119. t. XXVIII.*

*Habitat in America meridionali.*

*Agilis, undique circumspiciens, frigoris non valde impatiens, sono pulli meleagridis famelici. Faciei peripheria quasi a barbitonfore rasa.*

Capucina. 30. S. caudata imberbis fusca, cauda prchenfili hirsuta, pileo artubusque nigris, natibus testis.

Simia imberbis nigra, cauda longa hirsuta, facie flavecente.

*Mus. Ad. Frider. p. 2. t. 2.*

*Cercopithecus totus niger. Briff. quadr. 139. n. 5.*

Sai. *Buffon hist. nat. T. XV. p. 51. t. 8.*

Weeper. *Pennant syn. 127. n. 94.*

Simia Capucina. Schreber *Saeugth. I. p. 120. t. XXIX.*

*Habitat in America meridionali. Tarfis incedit, non saltat, misera et ejulans semper, clamore horrendo hostes pellit;*

C 3

*stridet*

---

*Notae primariae Simiarum sunt Cauda recta s. prehensili; Nates calvae s. testae; Ungues rotundati s. subulati; Mentum barbatum s. imberbe; Buccae saccatae s. non saccatae.*

*Tecto comis arborum intexto altissimisque columnis innixo obumbrantur terrae aestuantes intus tropicos Indiae, ne aduvantur; hoc tectum inhabitant gentes Simiarum cum Psittacis volucribusque aliis.*

Sy  
stridet saepius uti cicada; irata latrat more catus. Caudam spiralem gerit, circumque collum saepius conjicit. Moschum olet.

Pit  
Corpus magnitudine felis domesticae, fuscum, at caput, pedes, caudaque nigra. Facies fronte nunc nigra nunc incarnata. Dentes lanitarii approximati. Nasus versus oculos carinatus. Rubra varicosa nigra retractilis supra frontem ante pileum. Cauda longa semper curvata, pilis longioribus villosa. Pedes sicut transverso ponit, ut postici semper ante anticos collocentur.

sciurea. 31. S. caudata imberbis, occipite prominulo, unguibus quatuor plantarum subulatis, natibus tectis.

Simia imberbis, cauda longa, occipite gibbo, unguibus plantarum quatuor oblongis. Mus. Ad. Frider. p. 3.

Cercopithecus pilis ex fusco flavicante et candicante variegatis, pedibus ex flavo rufescientibus. Briss. quadr. 197.

Simia americana parva subbarbata, caudata, ore e caeruleo nigro, unguibus oblongis. Wagner mus. Baruth. p. I. t. I.

Cercopithecus minor luteus. Barrere franc. équinox. p. 151.

Caitaia, Marcgr. bras. p. 227.

Saimiri. Buffon hist. nat. T. XV. p. 67. t. 51.

Orange ape. Penn. syn. p. 128. n. 95.

Simia sciurea. Schreber Saeugth. I. p. 121. t. XXX.

Habitat in America meridionali. Lepidum animal quiescit supra abdomen; alloquentis aspicit fauces, climatis europaei impatiens.

Corpus sciuri, sedentis animalis septem pollices altum, griseo-virens, subtus albidum. Ulnae et tibiae ferrugineae. Cauda villosa, apice nigra, corpore duplo longior. Pollicum unguis rotundatus. Os fusco-caerulescens. Superceilia setacea. Aures villis raris albidis.

Morta. 32. S. caudata imberbis spadicea, ore fusco, cauda nuda squamosa.

Cercopithecus americanus minor Monkies dictus. Seba mus. I. p. 22. t. 33. f. I.

Cercopithecus dorso spadiceo, ventre glabro, cauda munita. Briss. quadr. 201.

Habitat in America.

Aetate solum minore a S. sciurea differre videtur.

Jac  
33. S.

Species simiarum inter mammalia plurimae, sed paucissimae rito descriptae et cognitae, plurimae obscurae ignorantur.

- Syrichta.* 33. *S. caudata imberbis*, ore ciliisque vibrissatis.  
*Cercopithecus caudatus imberbis*, ore fusco, cauda nuda  
 squamosa. *Gronov. Zooph.* 21.  
*Cercopithecus luzonicus minimus*. *Pet. gaz.* 21. t. 13. f. 11.  
 \* \* cauda non prehensili.
- Pithecia.* 22. *S. caudata imberbis*, vellere nigro apice albo, cauda nigra  
 villosissima.  
*Simia minima capite albido*, dorso fusco pene rufescente,  
 cauda crinita. *Brown. jam.* 489.  
*Cercopithecus pilis nigris apice albo vestitus*, cauda pilis  
 longissimis nigris obliterata. *Briff. quadr.* 195.  
*Saki.* *Buff. hist. nat.* T. XV. p. 88. t. 12.  
*Sakkawinkee.* *Bancroft Guian.* p. 80.  
*Fox-tailed ape.* *Penn. syn.* p. 130. n. 98.  
*Simia Pithecia.* *Schreber Saeugrh.* I. p. 125. t. XXXII.  
*Habitat in America meridionali*, lepidissima, facile man-  
 sucta.  
*Corpus aliquando sesquipedale nigrum*, pilis omnibus apice  
 albis. Facies pilis brevissimis albidis. Gula et abdomen  
 pilis sordide albicantibus. Ungues longi obtusi.
- Jacchus.* 24. *S. caudata*, auribus villosis patulis, cauda hirsutissima cur-  
 vata, unguibus subulatis: pollicum rotundatis.  
*Ceropithecus taeniis transversis alternatim fuscis et e cine-*  
*reto albis variegatus*, auriculis pilis albis circumdati.  
*Briff. quadr.* 202.  
*Cercopithecus brasiliensis* 3. *Sagouin.* *Clus. exot.* 372. t. 372.  
*Galeopithecus*, qui Sagoin a Brafiensibus nominatur. *Gesn.*  
*quadr.* p. 369.  
*Cagui minor.* *Marcgr. bras.* 227.  
*Sanglin* on *Cagui minor.* *Edw. av.* V. p. 15. t. 218.  
*Ouifiti.* *Buff. hist. nat.* XV. p. 96. t. 14. *Pall. n. nord.*  
*Beytr.* 2. p. 41.  
*Striated ape.* *Penn. syn.* p. 132. n. 100.  
 3. *Cercopithecus ex albido flaveolens*, moschum redolens.  
*Briff. quadr.* 197.  
*Cercopithecus brasiliensis primus.* *Clus. exot.* 371.  
*Habitat in Brasilia*, agilis, irrequieta, scandens more sciuri,  
 incurvata non prehensili cauda; rodit ligna, ut mu-  
 res, edit insecta, fructus, laeticiaria, panes triticeos mar-  
 tiosque, theam, passeres, indomita, morbitans, felibus  
 infectissima, quibus se sub earum ventre affigit. Sonus  
 stridor sibilans; odor moschi.

C 4

Corpus

*Corpus sciuro minus, vix oculo pollices longum, griseo-circrasens. Caput minimum atrum. Labia et frons alba, sed inter oculos flavescens. Aures antice tegit barba alba, longitudine totius auriculae, ne flatus intret. Cauda corpore longior albo-annulata. Dentes primores 4: intermedii latiores paralleli; laterales acuti, minus apice distantes.*

**Oedipus. 25.** S. caudata imberbis, capillo dependente, cauda rubra, unguibus subulatis.

*Cercopithecus pilis ex fusco et rufo vestitus, facie ultra auriculas usque nigra et nuda, vertice longis pilis albis obtuso. Briff. quadr. p. 150. t. 28.*

Little Lion-monkey. Edw. av. 3. p. 195. t. 195.

Cagui major Brasiliensis. Maregr. braf. 227.

Pinche. Buff. hist. nat. T. XV. p. 114. t. 17.

Red-tailed ape. Penn. syn. 133. n. 102.

*Habitat in America meridionali. Agilis et lepida gestibus leonem imitatur, S. Jacobo satis affinis magnitudine, paulo tamen minore, odore maschi. Vox muris.*

*Corpus parvum, sex circiter pollicum, griseum, subtus album. Caput capillito dependente longo albo. Facies nigra, ultra aures pilis raris albis. Verruca in utraque bucca. Irides ferrugineae. Auriculae subrotundae, nigrae, nuda. Ungues omnes subulati, excepto pollicis palmarum brevi. Cauda corpore duplo longior, parvus pilosa, basi rufa, ceterum nigra. Ani regio rubra.*

**Rosalia. 26.** S. caudata imberbis, capite piloso, faciei circumferentia pedibusque rubris, unguibus subulatis.

*Cercopithecus ex albido flavicans, faciei circumferentia saturate rufa. Briff. quadr. 200.*

*Cercopithecus minor dilute olivaceus, parvo capite, Acarima à Cayenne. Barrere Fr. équin. p. 151.*

Marikina. Buff. T. XV. p. 108. t. 16.

Silky monkey. Penn. syn. p. 133. n. 101. t. 15.

Simia Rosalia. Schreber Saength. I. p. 130. t. XXXV.

*Habitat in America meridionali, lepida, et frigoris minus impatiens, quam affines.*

Corpus

---

*Simiae suspectae, memores, petulantes, imitatores, gesticulatores, indociles, minantur, rident, cibos bucca macerant, pediculos venantur, tactu excellunt, natos ulnis gerunt, terrefactae cacant immundae, urinae meatus saepe distincto a vulva; utero etiam gerentes libidinosae; phytiphagae.*

- Corpus ex albido flavicans. Pollices omnes unguibus rotundatis. Auriculae nudae, sub capitis pilis occultatae. Briss. argentata. 47. S. caudata imberbis exalbida, facie rubra, cauda fuscescente. Mant. pl. 2. p. 521.
- Cercopithecus ex cinereo albus argenteus, facie auriculisque rubris splendentibus, cauda saltanei coloris. Briss. quadr. p. 142. n. 12.
- Mico. Buffou hist. nat. T. XV. p. 121. t. 18.
- Fair ape. Penn. syn. p. 134. n. 103.
- Simia argentata. Schreber Saegth. I. p. 131. t. XXXVI.
- Habitat ad Amazonum fluvium, septem pollices longa. Ungues incurvi, pollicum plantarum rotundati.
- Midas. 27. S. caudata imberbis, labio superiore fissō, auribus quadratī nudis, unguibus subulatis, pedibus croceis. Mus. Ad. Frid. 2. p. 4.
- Cercopithecus minimus niger leontocephalus, auribus elephantinis. Barrere Fr. équin. p. 151.
- Cercopithecus niger minimus, manibus et pedibus croceis. Edw. av. 196. t. 196.
- Cercopithecus niger, pedibus croceis. Gronov. zooph. 20.
- Cai. Raj. quadr. 155.
- Tamarin. Buff. hist. nat. XV. p. 92. t. 13.
- Habitat Surinami.
- Magnitudo sciri. Manus et pedes crocei. Corpus atrum. Cauda duplo longior, nigra. Aures nudae, amplae, rufae. Ungues omnes subulati s. ferini, exceptis pollicum plantarum rotundatis s. humanis.

### 3. LEMUR. Dentes primores superiores IV: intermedii remotis.

inferiores VI longiores,  
porrecti, compressi,  
paralleli, approximati.

*Laniarii* solitarii, approximati.  
*Molares* plures sublobati: antici  
longiores, acutiores.

- tardigradus. 1. L. ecaudatus subferrugineus. Schreber Saegth. I. p. 134. t. XXXVIII.
- Simia unguibus indicis pedum posteriorum longis, incurvis et acutis. Briss. quadr. 190. n. 3.

*Simia cynocephala unguibus indicis longis, incurvis et acutis.*

*Brill. quadr. 191. n. 2.*

*Animalculum cynocephalum tardigradum dictum. Seba thes. I. p. 55. t. 35.*

*Cercopithecus ceylonicus seu tardigradus dictus major. Seba thes. I. p. 75. t. 47. f. 1.*

*Loris. Buff. hist. nat. T. XIII. p. 210. t. 30.*

*Tail-lefs Maucauco. Penn. syn. p. 135. t. 16. f. 1.*

*Habitat in Zeylona, agilis, auditu excellens, monogamus.*

*Statura sciuri, subferruginea, linea dorsali subfuscata; gula albidiore. Linea longitudinalis oculis interjecta alba. Facies testacea. Auriculae urceolatae, intus bifoliatae. Pedum palmae plantaeque nudae. Ungues rotundati: indicum plantarum vero subulati. Cauda nulla. Mamiae 2 in pectore, 2 in abdomen versus pectus.*

*Indri. 9. L. caeaudatus niger.*

*Indri. Sonner. it. 2. p. 142. t. 88.*

*Habitat in Madagascar, 3½ pedes altus, junior facile cicurandus, et ab incolis ad venatum adaptatus; vox ejulantis infantis.*

*Dentes canini in utraque maxilla 8, primores in superiore 2, in inferiore approximati 4; pedes pentadactyli, unguibus complanatis acutis, plantarum pollice praegrandi; pili densi, sericei, in ani regione crassi, albi; versus genitalia et in facie grisei, ceterum nigri; caudae vestigium tactu discernendum.*

*Potto. 6. L. caudatus subferrugineus, cauda unicolo.*

*Potto. Bosman. bestiyo. van de guin. kust. II. p. 30. f. 4.*

*Habitat in Guinea, praeter caudam priori simillimus.*

*Mongoz. 2. L. caudatus griseus cauda unicolo. Schreber Saugth. I. p. 132 sqq. t. XXXIX. B.*

*Mongooz. Edw. av. 5. p. 12. t. 216. Walch Naturforsch. VIII. p. 26.*

*Woolly Maucauco. Penn. syn. p. 136. n. 105.*

*Corpus griseum vel porosus fuscum, subtus album. Fascia oocularis nigra. Manus dilute cinereae.*

*β. corpore griseo vel fuscō, facie manibusque nigris. Edw. av. 5 p. 13.*

*γ. corpore griseo vel nigro, macula nigra circa oculos.*

*Simia lemur lanuginosus fuscus ex Johannae insula, an Cercopithecus indicus Bugee dictus Raji? Petiv. gaz. p. 26. t. 17. f. 5.*

*δ. cor-*

- ♂. corpore fusco, naso manibusque albis.  
Profimia fusca, naso, gutture, pedibusque albis. *Briſſ. quadr.*  
*p. 156. n. 2.*
- ε. corpore toto fusco.  
Simius Zambus. *Nieremb. hift. nat. p. 176.*  
Profimia fusca. *Briſſ. quadr. p. 156. n. 1.*
- ζ. corpore griseo, facie nigra, manibus fulvis. *Schreber Sacugth.*  
*I. p. 138. t. XXXIX. A.*  
Profimia fusca, rufo, admixto, facie nigra, pedibus fulvis.  
*Briſſ. quadr. p. 157. n. 3.*
- Mongous. *Buff. hift. nat. XIII. p. 174. t. 26.*  
*Habitat in insula Madagafcar, S. Johannae et vicinis.*  
*Ungues indicis plantarum subulati, longiores.*
- Macaco. 3. L. caudatus niger, collari barbato. *Schreber Sacugth. I.*  
*p. 142. t. XL. A.*  
Black Maucaco. *Edw. av. 5. t. 217.*  
Ruffed Maucaco. *Penn. syn. p. 138. n. 107.*
- β. corpore fuscō.  
Lemur cauda floccosa, corpore fuscō. *Gronov. zooph. 22.*
- γ. corpore albo.  
Antavarre tout blanc. *Cauche rel. de Madag. p. 127.*
- δ. corpore nigro et albo mixto. *Schreber Sacugth. I. p. 142.*  
*t. XL. B.*  
Vericassi. *Flacourt voy. p. 153.*  
Vari. *Buffon hift. nat. XIII. p. 174. t. 27.*  
*Habitat in insulis Madagafcar, S. Johannae et vicinis. Cu-*  
*bile purum servat; radiis solis delectatur; dormit in loco*  
*tenebricoso; respuit ova, carnes, pisces; rugitus edit fe-*  
*re instar leonis.*  
*Plantarum unguis indicis fere subulati.*
- Catta. 4. L. caudatus, cauda albo nigroque annulata. *Mus. Ad. Frid.*  
*2. p. 5. Schreber Sacugth. I. p. 143. t. XLI. Hermann*  
*Naturf. XV. p. 159.*  
Profimia cinerea, cauda cincta annulis alternatim albis et ni-  
gris. *Briſſ. quadr. p. 222.*
- Simia - sciurus madagascariensis sive Maucaco. *Edw. av. 4.*  
*197. t. 197.*  
Mococo. *Buff. hift. nat. XIII. p. 174. t. 22.*  
Ring-tail Maucaco. *Penn. syn. p. 137. n. 106.*  
*Habitat in insulis Madagafcar, Franciae, S. Johannae, gre-*  
*garia, mitissima, scandit omnibus pedibus, ut simia.*

*Victi-*

acutis.  
Seba  
or. Seb.  
amus.  
; gula  
a alba,  
oliatae.  
undati:  
Mam-  
icuran-  
ulantis  
riore 2,  
iguibus  
t; pilis  
genita-  
figium  
f. 4.  
gth. I.  
forsch.  
Fascia  
Edw.  
la, an  
. gaz.  
d. cor-

4.

*Viicitat fructibus, oleribus, radicibus; cibos tenet manibus;*  
*tardiuscula, placida et tranquilla murmurat ut felis.*  
*Oculus dexter diurnus pupilla linearis perpendiculari; si-*  
*nister nocturnus pupilla orbiculata magna in mea erat; an*  
*sic natura vel fatu?* *Ungues indicis palmarum non lon-*  
*giores aut subulati.*

*murinus.* 7. *L. caudatus cinereus*, cauda ferruginea. *Miller on various*  
*subjects of natural history. T. XIII. A. B.*  
*Habitat in Madagascar.*  
*Ungues omnes plani rotundati.*

*bicolor.* 8. *L. caudatus*, supra ex atro griseus, subtus sordide albus,  
*macula frontali cordata sordide alba.* *Miller on various*  
*subjects. T. XXXII. f. A.*  
*Habitat in America meridionali.*  
*Capite canem molossum refert.* *Ungues omnes subulati.*

*Ianiger.* 10. *L. caudatus ex flavo rufescente testaceus subtus albus*, cau-  
*da ex rufescente fulva unicolo.*  
*Maquis à bourres. Sonner. it. 2. p. 142. t. 89.*  
*Habitat in Madagascar, sine cauda novem pollices ultra pe-*  
*dem longus.*  
*Pili mollissimi crassi, in regione lumborum ex rubesciente ful-*  
*vi; facies nigra; auriculae minutae; oculi magni, ex*  
*virescente grisei; dentes primores in maxilla superiore 2,*  
*in inferiore 4; cauda 9 pollices longa; pedes pentadacty-*li, unguibus longis, pollicum ungue rotundato.**

*volans.* 5. *L. caudatus*, membrana ambiente volitans. † *Pallas Act.*  
*Ac. Sc. Petrop. 1780. P. I. Schreber Sacugth. I. p. 146.*  
*t. XLIII.*

*Cato-Simius volans Camelli.* *Petiv. gaz. 14. t. 9. f. 8.*  
*Act. angl. 277. n. 1065.*

*Vespertilio admirabilis. Bont. jav. 68. t. 69.*

*Felis volans ternatea. Seb. mus. I. p. 93. t. 58. f. 2. 3.*

*Habitat in Gusurate, insulis Philippinis et Moluccis, vietti-*  
*ans fructibus arborum, gregaria, vespertino tempore.*

*Membrana more sciuri s. muris volantis a capite ad manus,*  
*a manibus per latera ad plantas, a plantis ad apicem*  
*caudae expansa.* *Ungues acuti. Mammae 2 pectorales.*  
*Ex mammis videtur lemuribus s. simiis proximum animal-*  
*cum.* *Hujus descriptio et genericae notae, dum modo*  
*juniora exempla in Europam pervenerint, etiamnum de-*  
*ficiunt.*

4. VES-

**4. VESPERTILIO.** *Dentes omnes erecti, acuminati,  
approximati.  
Manus palmatae volitantes mem-  
brana corpus cingente.*

\* *Dentibus primoribus in utraque maxilla quatuor.*

Vampy- I. V. ecaudatus, naso simplici, membrana inter femora di-  
rus, vila.

Ternate bat. *Penn. syn. p. 359. n. 274.*

α. colore potissimum nigro. *Schreber Saeugthiere, I. p. 153.  
t. XLIV.*

Pteropus rufus aut niger, auriculis brevibus acutiusculis.  
*Briff. quadr. p. 153.*

Vespertilio ingens. *Clus. exot. p. 94.*

Vespertilio volans. *Bont. jav. 68. t. 69.*

Canis volans ternatanus orientalis. *Seb. mus. I. p. 91. t. 57.  
f. I. 2.*

Chien volant. *Daubenton act. Paris. 1759. p. 384.*

Rousette. *Buff. hist. nat. X. p. 55. t. 14.*

β. corpore ex atro fusco.  
Pteropus fuscus, auriculis brevibus acutiusculis, collo su-  
periore rubro. *Briff. quadr. p. 154.*

Chauve - Souris de l'isle Sabuda dans la nouvelle Guinée.  
*Dampier voy. V. p. 81. t. 5.*

Great bat. *Edw. av. 4. p. 180. t. 180.*

Rousette. *Daubent. act. Paris. 1759. p. 385.*

Rougette. *Buff. hist. nat. X. p. 55. t. 17.*

γ. corpore stramineo.  
Lesser Ternate bat. *Penn. synops. p. 362. t. 31. f. I.*

Habitat in Africa occidentali, Afia meridionali, insulis oceani indici, et australis. *Noctu baurire sanguinem dormientium servorum, cristas gallorum et lacrymas palmarum fertur, phlebotomus felicissimus in pleuritide. Magnis glomeribus aliquando adhaeret arboribus.*

Dentes primores obtusiusculi; laniarii superiores solitarii,  
antice ab inferiore dente sulcati; inferiores bini cum den-  
te primore parvo obtuso inter utrosque; molares obtusius-  
culi plures. Nares vix divisae. Corpus magnitudine  
sciuri

---

Vespertilionum genus nocturnum volitat palmis expansis palmatis membranaque laterali.  
*Phalaenis in primis visitans.*

*sciuri a 5--9 polices longum. Manuum digitus primus separatus unguiculatus, secundus membranae affixus. Plantae fissae unguiculatae, calcaneis postice excutibus in subulatam cartilaginem membranae annexam. Membrana nictitans in cantho oculi majore. Uterus simplex.*

Spec. 2. *V. ecaudatus, naso infundibuliformi lanceolato. Schreber Saeugth. I. p. 159. t. XLV.*

*Pteropus auriculis longis patulis, naso membrana antrorsum inflexa aucto. Briff. quadr. 154.*

*Canis volans maxima aurita ex nova Hispania. Seb. mus. I. p. 92. t. 58. f. 1.*

*Andira gnaeu, vespertilio cornutus. Piso brasili. p. 290.*

*Vampire. Buff. hist. nat. X. p. 55.*

*Habitat in America australi. Rolander.*

*Nares antice infundibulum referentes; superne adscendentibus in folium lanceolatum. Aures ovatae, interius lacinia subulata membranacea, longitudine auriculae. Dentes laniarii solitarii magni; molares anteriores breviores obtusiores. Alarum digitii 4, quorum 1 annexus 2dō; pollex brevis ungue arcuato. Pedes digitis 5 aequalibus, unguibus arcuatis. Calcaneus exserit tendinem subulatum secundum marginem membranae inter pedes posticos, non coeuntem cum opposito.*

perspicil- 3. *V. ecaudatus, naso foliato plano acuminato. Mus. Ad. Frid. latus. p. 7. Schreber Saeugth. I. p. 160. t. XLVI. A.*

*Vespertilio americanus vulgaris. Seb. mus. I. p. 90. t. 55. f. 2.*

*Habitat in America australi.*

*Palmae huic et sequenti digitis quinque.*

Spasma. 4. *V. ecaudatus naso foliato obcordato. Schreber Saeugth. I. p. 158. t. t. XLVIII.*

*Vespertilio cauda nulla, naso foliato, auriculis maximis appendiculatis. Gronov. zooph. I. p. 7. n. 27.*

*Vespertilio subrufus, auriculis duplicitibus, naso gemino. Briff. quadr. p. 161. n. 4.*

*Glis volans ternatanus. Seb. mus. I. p. 90. t. 56. f. 1.*

*Cordated bat. Penn. syn. p. 364. n. 278.*

*Habitat in Zeylona et insulis Moluccis.*

7. V.

Ovid. met. IV. 12.

*Lucemque perosae,  
Nocte volant, seraque tenent a vespera nomen,*

- haftatus. 7. V. ecaudatus, naso foliato trifolii figuram aemulante.  
Schreber Saegth. I. p. 161. t. XLVI. B.  
Le Chauve-souris fer de lance. Buff. hist. nat. XIII. p. 226.  
t. 33.  
Javelin bat. Penn. syn. 363. n. 276.  
Habitat in America australi, perspicillato affinis, obscure  
fuscus vel niger.
- soricinus. 8. V. ecaudatus, rostro producto, naso foliato cordato. Pal-  
las Spicileg. zoolog. III. p. 24. t. III. Schreb. Saegth. I.  
p. 161. t. XLVII.  
Vespertilio cauda brevissima, naso foliato acuminato, auriculis subsimplicibus rotundatis. Gron. zooph. p. 7. n. 26.  
Vespertilio americanus vulgaris. Edw. av. 5. 201. t. 201.  
f. 1.  
Leaf bat. Penn. syn. 364. n. 277.  
Habitat in America australi.  
Cauda brevissima. Lingua papillis acutis obsita.
- leporinus. 9. V. caudatus, labio superiore bifido. Syst. nat. Ed. X. p. 32.  
n. 5. Schreber Saegth. I. p. 162. t. LX.  
Noctilio americanus labio inferiore varicoso. Syst. nat.  
Ed. XII. p. 88. n. 1.  
Vespertilio americanus rufus. Briff. quadr. 227.  
Vespertilio cato similis americanus. Seb. mus. I. p. 89. t. 55.  
f. 1.  
Chauve-souris de la vallée d'Ylo. Feuillé obs. I. p. 623.  
Peruvian bat. Penn. syn. p. 365. n. 279.  
Habitat in America meridionali, vittans fructibus arbo-  
rum, ratto magnitudine aequalis.
- \* \* Denitibus primoribus in maxilla superiore 4, in in-  
feriore 6.
- auritus. 5. V. caudatus, naso oreque simplici, auriculis duplicatis capite majoribus. Fn. suec. 3.  
Vespertilio auribus majoribus. Frisch. av. t. 103. Edw.  
av. 5. t. 201. f. 3.  
Vespertilio caudatus, naso simplici, auriculis maximis in-  
appendiculatis. Gron. zooph. p. 23.  
Vespertilio murini coloris, auriculis duplicibus. Briff.  
quadr. 160.  
Vespertilio auriculis quaternis. Johnst. av. p. 34. t. 20.  
Oreillar. Buff. hist. nat. VIII. p. 118. t. 17. f. 1.  
Habitat in Europa. Vere distincta a sequenti species.

6. V.

*murinus.* 6. *V. caudatus*, naso oreque simplici, auriculis capite minoribus. *Fn. suec.* 2.

*Vespertilio murini* coloris auriculis simplicibus. *Briss. quadr.* p. 158. n. 1.

*Vespertilio.* *Aldrov. ornith.* p. 575. 576.

*Vespertilio auribus minoribus.* *Frisch. av.* t. 102. *Edw.* av. 4. t. 201. f. 2.

*Chauve-fouris.* *Buffon hist. nat.* VIII. p. 113. t. 16.

*Common bat.* *Penn. syn.* p. 371. n. 291.

*Habitat in Europa.*

*Noctu volat; viicitat in primis phalaenis; praedatur a stri-  
gibus; capitur arctii lappae calycibus candefactis; de ter-  
ra non evolat. Hybernat mortuus, revivisit superatis  
noctibus plumbeis initio florescentiae. Aestate foetet.*

*Anatome E. N. C. d. 2. a. 1. obf.* 48.

*Noctula.* 10. *V. caudatus*, naso oreque simplici, auticulis ovalibus operculariis: operculo exili. *Schreb. Saeugth.* I. p. 166. t. LII.

*Vespertilio.* *Gesn. av.* p. 694. ic.

*Vespertiliones alii.* *Aldrov. ornith.* p. 575. 576.

*Noctule.* *Buff. hist. nat.* VIII. p. 128. t. 18. f. 1.

*Great bat.* *Penn. zool. br.* ill. t. 103.

*Habitat in Gallia, Germania, Britannia, aestate foetens.*

*serotinus.* 11. *V. caudatus* flaveoens, auriculis brevibus emarginatis. *Schreber Saeugth.* I. p. 167. t. LIII.

*Serotine.* *Buff. hist. nat.* VIII. p. 129. t. 18. f. 2.

*Habitat in Gallia et Germania.*

*Pipistrel-* 12. *V. caudatus ex atro fusco*, fronte convexa, auriculis ova-  
tis, emarginatis, capite vix longioribus. *Schreb. Saeugth.*  
I. p. 167. t. LIV.

*Pipistrelle.* *Buff. hist. nat.* VIII. p. 129. t. 19. f. 1.

*Habitat in Gallia, rarius in Germania, vix duos pollices  
longus, paulisper foetens.*

*Barbastel-* 13. *V. caudatus*, buccis elatis pilosis, auriculis magnis infe-  
lius. *Schreber Saeugth.* I. p. 168. t. LV.

*Barbastelle.* *Buff. hist. nat.* VIII. p. 130. t. 19. f. 1.

*Habitat in Burgundia, duos pollices longus.*

*hispidus.* 14. *V. caudatus pilosus*, naribus canaliculatis, auriculis longis angustis. *Schreber Saeugth.* I. p. 169. t. LVI.

*Campagnol volant.* *Daubent. act. Paris.* 1759. p. 388.

*Autre*

Autre chauve-fouris. *Buff. hist. nat. X. p. 88. t. 20. f. 1. 2.*  
Bearded bat. *Penn. syn. p. 367. n. 202.*  
*Habitat ad Senegal fluvium.*

\* \* \* *Dentibus primoribus in maxilla superiore 4, in inferiore 8.*

- pictus.* 15. *V. caudatus, naso simplici, auriculis infundibuliformibus appendiculatis.* *Gronov. zooph. p. 7. n. 25. Pallas spicil. III. p. 7. Schreber Saeugth. I. p. 170. t. XLIX.*  
*Vespertilio ternatanus.* *Seb. mus. I. p. 91. t. 56. f. 2. 3.*  
*Muscardin volant.* *Daubent. aet. Paris. 1759. p. 388.*  
Autre chauve-fouris. *Buff. hist. nat. X. p. 92. t. 20. f. 3.*  
Striped bat. *Penn. syn. p. 368. n. 284.*  
*Habitat in Zeylona, ubi Kiriwonla audit.*

\* \* \* \* *Dentibus primoribus in maxilla superiore 2, in inferiore 6.*

- Nigrita.* 16. *V. caudatus ex flavesciente fuscus capitis parte anteriore, pedibus caudaque nigris.* *Schreber Saeugthiere, I. p. 171. t. LVIII.*  
*Marmotte volante.* *Daubent. aet. Paris. 1759. p. 385.*  
Chauve-fouris étrangère. *Buff. hist. nat. X. p. 82. t. 18.*  
Senegal bat. *Penn. syn. p. 366. n. 281.*  
*Habitat ad fluvium Senegal, quatuor pollices longus.*  
*Adanson.*

\* \* \* \* \* *Dentibus primoribus in maxilla superiore 2, in inferiore 4.*

- Molossus.* 17. *V. caudatus, cauda longe ultra membranam connectentem protensa, labio superiore pendulo.* *Pallas spicil. zool. III. p. 8.*  
Bull-dog bat. *Penn. syn. p. 366. n. 280.*  
α. major, supra ex cinereo fuscus, infra cinereus, et in medio ventre fuscus. *Schreber Saeugth. I. p. 171. 172. t. LIX. ic. inf.*  
Mulet volant. *Daubent. aet. Paris. 1759. p. 387.*  
Autre chauve-fouris. *Buff. hist. nat. X. p. 84. t. 19. f. 1.*  
β. minor, supra subfuscus cinereo mixtus, infra ferridide albus. *Schreber Saeugth. I. p. 171. 172. t. LIX. f. sup.*  
Autre chauve-fouris. *Buff. hist. nat. X. p. 87. t. 19. f. 2.*  
*Habitat in insulis Americae oppositis.*

\*\*\*\*\* *Dentibus primoribus in maxilla superiore 2,  
in inferiore 0.*

cephalo- 18. *V. caudatus*, capite magno, labiis productis, naribus spiritalibus, verrucis subocularibus, auriculis parvis non operculatis. *Pallas Spicil. Fas. III. p. 10. t. I.* Schreber *Saeugth. I. p. 172. t. LXI.*

*Habitat in Moluccis, 2½ pollices longus. Schloßer.  
Lingua echinata. Pili supra cinerei, infra albidi.*

\*\*\*\*\* *Dentibus primoribus in maxilla superiore 0, in inferiore 4.*

lepturus. 19. *V. caudatus*, naribus tubulatis, auriculis longis obtusis operculatis, membranae utriusque pedes connectenti annexo interius marsupio. *Schreber Saeugth. I. p. 173. t. LVII.*  
*Habitat in Surinamo. Rudolph.*

Ferrum 20. *V. caudatus*, nase ferro equino simili, auribus caput aequinum. quantibus non operculatis, cauda dimidia corporis longitudine.

Fer à cheval. *Buff. hist. nat. VIII. p. 131. t. 17. f. 2. p. 132.  
t. 20.*

α. major. *Schreb. Saeugth. I. p. 174. t. LXII. ic. sup.*

β. minor. *Schreb. Saeugth. I. p. 174. 175. t. LXII. ic. inf.*

*Habitat in Gallia et Franconia, ab ill. Daubenton de vespertilionum genere meritissimo detectus.*

\*\*\*\*\* *Dentibus primoribus plane nullis.*

novebora- 21. *V. caudatus*, cauda longa, nase brevi acuto, auribus brevibus rotundis.

New-York bat. *Penn. syn. p. 367. t. 31. f. 2.*

*Habitat in America septentrionali.*

\*\*\*\*\* *Dentium numero et ordine (mibi quidem) ignoto.*

laſcopte- 22. *V. caudatus* membrana pedes connectente latissima. Schreber *Saeugth. I. t. LVIII. B.*

laſiurus. 23. *V. caudatus* labiis tumidis, cauda lata. Schreb. *Saeugth. I. t. LXII. B.*

## II. BRU-

## II. BRUTA.

*Dentes primores nulli utrinque.*7. BRADYPU. *Dentes Primores nulli utrinque.*

*Molares utrinque VI oblique  
truncati cylindrici, ante-  
riores duo longiores, am-  
plo hiatu distantes.*

*Corpus pilis tectum.*

tridactyl. 1. B. pedibus tridactylis, cauda brevi. *Mus. Ad. Fr. 4.*  
lus. *Bradypus crinitus, palmis tridactylis, unguibus arcuatis.*

*Brown jam. p. 489.*

*Tardigradus pedibus anticis et posticis tridactylis. Briff.  
quadr. p. 21.*

*Arctopithecus. Gesn. quadr. p. 869.**Ignavus. Clus. exot. p. 372. fig. p. 373.**Luyaert. Nienhof Brasil. p. 27.**Pigritia sive Haut. Nieremb. hist. nat. 163. 164.**Sloth. Edw. av. t. 220.**Ai. Buffon hist. natur. XIII. p. 34. t. 5. 6.*

*Pareſſeux. Gautier ohſ. ſur l'hist. nat. I. P. 2. p. 81. t. A.  
f. 4.*

*Habitat in Americae meridionalis calidioris arboribus. Viſti-  
tat foliis teneris, inprimis Cecropiae; non bibit; imbræ  
metuit. Facile scandit, tardissime et aegre incedit, vix  
uno die 50 passus; attonitus quaſi caput fleſtit; ſonus ſe-  
narius adſcendens; clamor horrendus, lacrymae miserae.*

*Corpus piloſiſſimum griseum; Facies nuda; Gula flavæ; Au-  
riculae nullæ. Cauda ſubovata. Pedes anteriores lon-  
gioreſ posterioribus, diwaricatiſſimi: digiti combinati, in  
ſingulis pedibus tres; ungues compreſſi, validiſſimi, toti-  
dem. Mammae 2 pectorales.*

didaactyl. 2. B. manibus didactylis, cauda nulla. *Mus. Ad. Fr. 4.*  
lus. *Schreber Saugth. II. p. 200. t. LXV.*

*Bradypus pedibus anticis didactylis, poſticis tridactylis.  
Briff. quadr. p. 22.*

*Tardigradus Zeylanicus. Seb. mus. I. p. 54. t. 33. f. 4. et  
t. 34. f. 1.*

*Unan. Buffon hist. nat. XIII. p. 34. t. 1.**D 2**Habi-*

*Habitat in America meridionali et India. Vielat fructibus et radicibus; olfactu debili, visu magis nocturno, quam diurno.*

*Corpus pilis ferrugineis undulatis. Caput rotundatum. Auriculae magnae. Ungues in palmis 2, in plantis 3. Mamiae 2 pectorales.*

### 8. MYRMECOPHAGA. Dentes nulli.

*Lingua teres extensilis.*

*Os angustatum in rostrum.*

*Corpus pilis tectum.*

*didaetyla. 1. M. palmis didactylis, plantis tetradactylis, cauda villosa.*

*Mus. Ad. Fr. I. p. 8.*

*Myrmecophaga rostro brevi, pedibus anticis didactylis, posticis tetradactylis. Briss. quadr. 98.*

*Tamandua f. Coati americana alba. Seb. mus. I. p. 60. t. 37. f. 3.*

*Little ant-eater. Edw. av. t. 220.*

*Fourmiller. Buffon hist. nat. X. p. 144. t. 30.*

*Habitat in America australi. Talis lente incedit.*

*Corpus flavescens, reliquis minus. Rostrum reliquis brevius.*

*tridactyla. 2. M. palmis tridactylis, plantis pentadactylis, cauda villosa.*

*Myrmecophaga rostro longissimo, pedibus anticis tridactylis, posticis pentadactylis, auriculis longis flaccidis. Briss. quadr. 27.*

*Tamandua-guacu. Seb. mus. I. p. 60. t. 37. f. 2.*

*Habitat in India. Lente currit, cauda lata instar muscarum se tegit; arbores etiam scandit.*

*Mamiae pectorales 2, abdominales 6. Plaga lateralis nigra.*

*Dorsum longitudinaliter jubatum. Cauda compressa, subtus nigra, pilis longioribus, supra pilis longioribus apice albis.*

*An vere distincta species?*

*jubata. 3. M. palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, cauda jubata. Schreber Saenqth. II. p. 203. t. LXVII.*

*Myrme-*

---

*Myrmecophagae vescentur formicis, quarum nidos rugue secant, infesta ipsa lingua acervis inserta allicinnt: Mansuent et diu absque victu vivunt; interdiu dormiunt, capite sub brachii recondito, nocte excent. Vellus crassissimum.*

Myrmecophaga rostro longissimo, pedibus anticis tetradactylis, posticis pentadactylis, cauda longissimis pilis vestita. *Briff. quadr. 24.*

Tamandua-guacu. *Marcgr. bras. 225. t. 225.*

Tamanoir. *Buffon hist. nat. X. p. 141. t. 29.*

Great ant-eater. *Penn. syn. p. 331. n. 260.*

*Habitat in America australi, et Africæ regno Congo. Cauda dum dormit et contra pluviam se tuetur.*

Plaga pectoralis lateralis nigra. Cauda villofissima, pilis longis planis, nec teretibus. *Caro ab Americæ incolis comeditur.*

tetradactyla. 4. M. palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, cauda calva. *Schreber Sæugth. II. p. 205. t. LXVI.*

Myrmecophaga rostro longissimo, pedibus anticis tetradactylis, posticis pentadactylis, cauda fere nuda. *Briff. quadr. 26.*

Tamandua-i. *Buff. hist. nat. X. p. 144.*

Middle ant-eater. *Penn. syn. p. 332. n. 261.*

*Habitat in America meridionali. Noctu exire, die dormit; irata baculum prebendit, sterlit posterioribus pedibus insidens.*

*Caudæ extremitas calva, qua se ex ramis arborum suspendere potest. Plaga pectoralis lateralis nigra.*

capensis. 5. M. palmis tetradactylis, rostro longo, auriculis magnis pendulis, cauda corpore breviore ad apicem attenuata. *Pallas miscell. zoolog. n. 6.*

*Habitat ad Caput bonae spei, reliquis speciebus major, ut cum porco comparet Kolbe, et centum libras ponderare afferat: Fodit, interdiu dormit, noctu exit.*

## 9. MANIS. Dentes nulli.

Lingua teres extensilis.

Os angustatum in rostrum.

Corpus supra squamis mobilibus osseis tectum.

pentadactyla. 1. M. pedibus pentadactylis. *Aff. Stockh. 1749. p. 265. t. 6. f. 3. Schreber Sæugth. II. p. 210. t. LXIX.*

Philodotus pedibus anticis et posticis pentadactylis, squamis subrotundis. *Briff. quadr. 29.*

Lacertus indicus squamosus. *Bont. jav. p. 60.*

Lacertus squamosus minor fetulis adspersus. *Petiv. gaz. 32. t. 20. f. 2.*

Armadilles squamatus major ceylanicus, seu diabolus tajovanicus dictus. *Seb. mus.* I. p. 88. t. 54. f. 1. et t. 53. f. 4.

Myrmecophagus squamatus s. Daemon thebaeus. *Herm. mus.* 295.

Pangolin. *Buff. hist. nat.* X. p. 180. t. 34.

Short-tailed Manis. *Penn. syn.* p. 329. n. 259.

*Habitat in Guinea, China, India et insulis oceani Indici.*

tetradactyla. 2. M. pedibus tetradactylis. *Schreber Saeugthiere*, II. p. 211. t. LXX.

Philodotus pedibus tetradactylis, squamis mucronatis, cauda longissima. *Briss. quadr.* 31.

Lacertus Iguanofus peregrinus. *Clus. exot.* 374.

Lacerta indica yvanae congener. *Aldr. ovip. dig.* 668. t. 667.

Scaly lizard. *Grew rar.* p. 46.

Long-tailed Manis. *Penn. syn.* p. 328. n. 258.

Platagin. *Buff. hist. nat.* X. p. 180. t. 34.

*Habitat in India.*

## IO. DASYPUS. Dentes laniarii nulli,

molares breves cylindrici untrinque 7 -- 8.

Corpus cataphractum testa ossea zonis intersecta.

unicinctus. I. D. tegmine tripartito, pedibus pentadactylis. Cataphractus scutis duobus, cingulis duodecim. *Briss. quadr.* 43. *Schreb. Saeugth.* II. p. 225. t. LXXV. LXXVI. f. II. 12.

Tatu s. Armadillo africanus. *Seb. mus.* I. p. 47. t. 30. f. 3. 4. Kabasson ou Tatou à douze bandes. *Buff. hist. nat.* X. p. 218. t. 40.

Twelve-banded Armadillo. *Penn. quadr.* p. 326. n. 256.  
*Habitat in Africa.*

Tegmen

---

Manis videlicet formicis, vermicibus, lacertis; non sonora, tente incedit, fodit, nocturnum querit, irata squamas erigit horrende, territa in globum se contrahit capite caudaque ventrum versus adductis, ut nil conspiciri queat, nisi squamosus globus. Caro edulis. Cauda pinguis, epulis expedita. Corpus supra squamis basi stiat satisque interstinctis vestitum, ut fibrosus; subtus hirtum est. Sed Cauda utrinque squamosa etiam subtus imbricata. Auriculae nudae rotundatae. Ungues primores medii maiores, quibus contraditis incedit. Myrmecophagae adeo affinis, ut solo vestimento differat.

*Tegmen dorſi anterius septem, poſtremum novem ſcutulorum ſeriebus conſtat.*

- 18 cinctus. 7. D. cingulo ſimplici. *Syst. nat. Ed. VI. XII. I. β.*  
*Cataphractus ſcuto unico, cingulis 18. Briff. quadr. 37.*  
*Tatu mustelinus. Raj. quadr. p. 225.*  
*Cirquincon ou Tatou à dix huit bandes. Buff. hiſt. nat. X.*  
*p. 220.*  
*Weeſle-headed armadillo. Grew muſ. p. 19. t. 1.*  
*Habitat in - - -*  
*An vere a quadricincto diſtinctus et ab 18 cincto Molinae*  
*hiſt. nat. Chil. L. IV. p. 271. qui palmas tetradactylas*  
*refert?*
- tricinctus. 2. *Dafypus cingulis tribus, pedibus pentadactylis. Houtt.*  
*nat. 2. p. 280. t. 16. f. 2. Schreber Saugth. II. p. 215.*  
*t. LXXI. A. LXXVI. I. 2.*  
*Cataphractus ſcutis duobus, cingulis tribus. Briff. quadr. 24.*  
*Tatou f. Armadillo. Red. exper. 91. t. 92.*  
*Tatou f. Armadillo orientalis. Seb. muſ. I. p. 62. t. 38. f. 2. 3.*  
*Tatou apara. Maregr. bras. 232.*  
*Armadillo f. Tatou genus alterum. Cluf. exot. 109.*  
*Armadillo. Grew muſ. 17.*  
*Apas ou tatou à trois bandes. Buff. hiſt. nat. X. p. 206.*  
*Habitat in Brasilia; viſitata melonibus, batatis, gallinis.*  
*Loricæ cingulum intermedium eſt anguſtissimum; ſingulorum,*  
*etiam squamarum, ex quibus ſcuta conſtant, ſuperficies nodosa.*
- quadri- cinctus. 3. D. cingulis quatuor.  
*Cataphractus ſcutis duobus, cingulis quatuor. Briff. quadr.*  
*25.*  
*Chelonifcus. Column. aquat. 2. p. 15. t. 16.*  
*An varietas praecedentis? An diſtinctus ab hoc Dafypus*  
*quadricinctus Molinae hiſt. nat. Chil. L. IV. p. 270.*
- ſexci- cetus. 4. D. cingulis ſenis, pedibus pentadactylis. *Muſ. Ad. Fr. 7.*  
*Schreb. Saugth. II. p. 218. t. LXXI. B.*  
*Cataphractus ſcutis duobus, cingulis ſex. Briff. quadr. 25.*  
*Tatu f. Armadillo prima Maregravii. Raj. quadr. 233.*

D 4

Tatu

---

*Viditant Dafypi radicibus, melonibus, batatis, carnibus, pifcibus, inſectis, lumbricis,*  
*nocte exēunt, interdiu quieti, fodinnt, mites ſento, quod globi inſtar contrabunt,*  
*ab adverſariis ſe muniant, meridionalis potiſſimum Americae incolae; feminae ſingu-*  
*lis mensibus parinnt.*

Tatu et Tatou-paba Brasiliensibus. *Marcgr. bras.* p. 231.

Armadillo. *Olear. mus.* p. 7. t. 6. f. 4.

Armadillo s. Tatou. *Clas. exot.* 330.

Encouvert ou Tatou à six bandes. *Buff. hist. nat.* X. p. 209. t. 42.

Habitat in America meridionali. *Edulis*, vicitat melonibus, aliis fructibus, batatis alisque radicibus, plantationibus infesta.

*Cervix* etiam scuto testa. *Penis spiralis*; *glande* *plano* *compressa*, *marginata*.

septem-  
cinctus.

5. D. cingulis septenis, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis. *Antoen. acad.* I. p. 281. *Schreber Sacugth.* II. p. 220. t. LXXII. LXXVI. f. 3. 4.

Tatus quadrupes peregrina. *Gesn. quadr.* 103.

Habitat in India et America meridionali.

*Scutum* *anterius* *antice* *emarginatum*. *Cingula* non nisi sex *mobilia*.

octocin-  
ctus.

8. D. scutis duobus, cingulis octo. *Schreber Saeugthiere*, II. p. 222. t. LXXIII. LXXVI. f. 5. 6.

*Cataphractus* scutis duobus, cingulis octo. *Briff. quadr.* 27.

Aiatochtli. *Hernand. mex.* p. 314.

Tatouette ou Tatou à huit bandes. *Buff. hist. nat.* X. p. 212.

An haec et mox praegressa vere distinctae species? an differt *octocinctus Molinae* *hist. nat. Chil.* L. IV. p. 271. qui plantas habet pentadactylas?

novem-  
cinctus.

6. D. cingulis novem, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis. *Mus. Ad. Fr.* 6. *Houtt. nat.* 2. p. 284. t. 16. f. 3.

*Schreber Sacugth.* II. p. 223. t. LXXIV. LXXVI. f. 7. 10.

*Cataphractus* scutis duobus, cingulis novem. *Briff. quadr.* 42.

Tatus. *Gesn. quadr.* p. 935.

Tatu éte. *Marcgr. brasil.* p. 233.

Tatu s. *Armadillus americanus*. *Seb. mus.* I. p. 45. t. 29. f. 1.

Armadillo s. aiatochtli. *Nieremb. hist. nat.* p. 158. f. supr.

Pig-headed Armadillo. *Grew mus.* p. 18.

Cachicame ou Tatou à neuf bandes. *Buff. hist. nat.* X. p. 215.

t. 37.

Habitat in America meridionali, frequens praesertim in Guiana. *Caro esculenta*.

An propria species *IIcinctus Molinae* *hist. nat. Chil.* L. IV. p. 271. palmis tetradactylis, plantis pentadactylis?

36. RHI-

31.  
209.  
cloni-  
anta-  
rano  
enta-  
b. II.  
  
6 sex  
, II.  
· 27.  
212.  
ffert  
olan-  
  
acty-  
f. 3.  
- IO.  
· 42.  
  
29.  
upr.  
215.  
Gu-  
IV.  
II-

### 36. RHINOCEROS. *Cornu solidum perenne coni- cum, naſo inſidens, cum oſſe non cohaerens.*

unicor-  
nis.

1. R. cornu unico. *Gefn. quadr. p. 842. Albin. tab. muscul.  
4. 8. Knorr delic. T. II. p. 110. t. K. X. Parsons phi-  
losoph. Transact. Vol. XLII. n. 523. Edw. av. t. 221.  
f. 2.*

*Habitat inter et prope tropicos in paludosis, jam Jobo me-  
moratus, ſub nomine REEM; in pugnis animalium apud  
Romanos celebratis vulgatus, per longum tamen tempo-  
ris ſpatium in Europa invifus, donec ſeculo decimo ſex-  
to aliqua ejus exempla in Europam devenerint: Viicit  
vepreribus, spinis, in coeno ſe volutans, parumper man-  
ſuſcens, mitis, niſi laeſſatur, irritatus cum fragore arbo-  
res proſternit; retro mingit et coit; unum modo pullum  
parit. Viſus debilis, oſfaetus et auditus tanto pra-  
eſtantior.*

*Statura et magnitudine, pedibus brevioribus exceptis, non  
tamen sagacitate et docilitate ad elephantem, reliqua for-  
ma, moribus, voce grunniente propius ad ſuem praefer-  
tim aethiopicum accedit. Cutis dura, ut sagittae, globu-  
li felopetarii, gladii iictus inde refilant, nulla pilis, niſi  
cauda et auriculis: Suturae ſ. rugae transversales α) ca-  
pitis poſtica. β) ſcapularis. γ) abdominalis ante femora.  
δ) femoralis trans femora. Caro crassa, ſpongiosa, vix  
edulis. Lingua mollis. Cornu baſi crinitum, acutum,  
fibroſum, 3 aliquando pedum longitudinem attingens.  
Dentes primores adulto nulli, juniori remotissimi ſolita-  
rii occurſantes. Ungulae tres. Cauda attenuata, pedi-  
bus brevior.*

bicornis. 2. R. cornubus duobus. *Syſt. nat. Ed. X. p. 56. n. 2. Sparr-  
mann aet. Holm. 1778. trim. 4. n. 5.*

*Habitat in Africa, oſſibus ejus, reſte nuperius Pallas, fre-  
quentiſſime in Russia, boreali quoque ſepultis; jam Pau-  
ſaniae et Martiali dictus, in numo Domitianii obvius, α  
Cosino ſexto ſeculo memoratus, vix diſferre videtur ſpe-  
cie, neque tamen modo ſexu aut aetate.*

*Caro ad fuillam, viſcera ad equina accedunt. Cystis fellea  
nulla. Dentes primores nulli. Cornu alterum ſupra  
primum verſus frontem.*

*Rarior eſt rhinoceros tricornis, tertio tum cornu ex alter-  
utro priorum excreſcente.*

5. ELEPHAS. *Dentes Primores nulli utrinque.*

*Laniarii superiores elongati,  
inferiores nulli.*

*Proboscis longissima prehensilis.  
Corpus nudiusculum.*

*maximus. I. ELEPHAS. Briss. quadr. 45. Raj. quadr. 131. Seb. mus. I.  
t. III. f. I.*

*Elephantus. Gesn. quadr. 377. Aldr. quadr. l. I. c. 9.  
Jonst. quadr. 30. t. 7. 8. 9. Edw. av. t. 221. f. I. Buff.  
hist. nat. XI. p. I. t. I.*

*Habitat in Zonae torridae orbis antiqui paludosis ad amnes,  
secundum nonnullos Behemot Jobi; edit juniores arbores,  
ramos, folia, fructus hesperidum praesertim et musae  
paradisiace, cuius etiam lignum devorat, Cocos, Gui-  
landinae semina, frumentum, vorax, gregarius, lon-  
gaevus, docilis, cerebro quamvis perexiguo prudens; pro-  
boscidem longissimam extensem et contractilem, acute  
odorantem, ad finem unco flexili instructam loco manus  
habet; ea cibum potunque haurit hostemque pellit; ea  
praecisa occiditur; murem metuit sub sonno, ub tracheae  
insertio. Retro mingit, femina supina jacente coit,  
quae per annum gravida est; pullus labitis appressis lac  
maternum fugit. Portat domos aliaque, rectore collo insi-  
dente; celeri satis passu ingreditur, dextrerrime natat.  
In bello armatur apud Indos, apud Romanos olim falci-  
bus, a pulvere pyrio invento huic usui minus idoneus;  
vulnusculo inter exin et atlantem furiosus occiditur.*

*Maximum quadrupes, adeo ut exempla sint elephanti 4500  
libras pondere aequantis. Corpus cinereum, rarius rubef-  
cens aut album, pilis raris. Probolcis subtus plana, api-  
ce truncata. Oculi parvi. Dentes laniarii superiores  
cornuum ad instar sursum exserti (Ebur) fibris crispis  
insignes, adeo ut singuli non raro 150 libras pondere ae-  
quent. Aures amplissimae, pendulac, dentatae, Acl. angl.  
277. p. 1051. Cutis crassissima callosa, tamen ita,  
ut globi sclopetarii, etiam plumbei, penetrant, et musear-  
rum adeo puncturas sentiat. Mammae 2 juxta pectus.  
Ungues supra apices quinque loborum pedum. Genua fle-  
xilia. Collum breve.*

Petri G. C. *Elephantographia. Lips. 1723.*

*Anatome in Bibliotheca medica Dublin. 1681.*

P. Gil-

P. Gillii nova descriptio elephanti, ad calcem Aeliani de  
h. anim. Lugd. 1565. 8. p. 497 - 525.

(Fr. Serao) opuscoli di fisico argomento. Napol. 1766. 4.  
p. 1 - 62. t. I.

Ossa elephanti creherrime in zonis etiam temperatis ipsisque  
frigidis, adeo Americae sub terra sepulta. Pallas Nov.  
Comm. Acad. Scient. Petrop. Vol. XIII. et XVII., et Merk  
Lettres 1 - 3 sur les os fossiles d'éléphans et de rhinocéros,  
qui se trouvent en Allemagne etc. à Darmst. 1786. 4.

Pedes vestiuntur corio calluso, quod integrum detrabi potest  
instar ungulae equi, et inde sub belluis non inepte milita-  
ret; cum vero pedes appareant tanquam unguibus, 5 in  
anterioribus et 4 in posterioribus superimpositis, aptius ju-  
dicavi, ei locum heic concedere, praeprimis cum mammae  
in axillis brachiorum gerat.

## 6. TRICHECHUS. Dentes Primores (adulto) nulli utrinque.

Laniarii superiores so-  
litarii.

Molares ex osse rugoso  
utrinque.

Corpus oblongum.

Labia geminata.

Pedes posteriores compedes coad-  
unati in pinnam.

Rofmarus. I. T. dentibus laniariis superioribus exsertis remotis. Houtt.  
nát. 2. p. 7. t. 11. f. 1. Schreb. Sacugthiere, II. p. 262.  
t. LXXIX.

Odobenus. Synt. nat. Ed. X. p. 38. Briss. quadr. 48.

Rofmarus. Jonſt. pifc. t. 44. Worm. mus. 289. Olear.  
mus. 38. t. 23. f. 3. Bonann. mus. 269. f. 27. Gesn.  
aquat. 211.

Equus marinus f. Hippopotamus falso dictus. Raj. quadr.  
191. Ellis budfon. t. 6. f. 3.

Mors f. Morſs, Rofmarus. Gesn. aq. 211.

Wall-

---

Trichechi omnes maris incolae, fucis, corallinis, testaceis, non carne videntur.

Wallroß. *Martens spitsb.* 78. t. I. f. B.

Morse. *Buff. hist. nat.* XIII. p. 358. t. 54.

*Habitat intra et circa polum articum ad ostia praesertim fluviorum. Mugit instar bōvis; dormiens sternit, ad 18 pedes longus, animoſe contra hostes se defendit, gregarius. Dentes primores juniori animali in maxilla superiore bini exigui; laniarii remotissimi acuminati, subtiliter striati, 30 aliquando libras pondere aequantes, Ebur fibris intertextis non adeo facile flavescent, nucleo tamen in fuscum vergente; molares in utraque maxilla utrinque quatuor exiles, acuti, pone apicem fovea plana excavati. Vibrissae culmi straminei crassitie pellucidae. Nares lunares. Collum crassum. Pedes digitis 5, unguibus brevioribus. Expelle lora curruum conficiunt Russi, nuperius Galli, Pinguedo expetita. Sceletum rejectum in arenam potior pars Mammotovacost.*

Dugong. 3. T. dentibus laniariis superioribus exsertis approximatis.

Dugon. *Buff. hist. nat.* XIII. p. 374. t. 74.

Indian Wallrus. *Penn. syn.* p. 338. n. 264.

- Lynx. 7. F. cauda abbreviata, obsolete annulata apice atra, capite et corpore ex albido rufo nigro maculato, auriculis apice barbatis. Schreber Saength. III. p. 408. t. CIX.  
 Felis cauda abbreviata: apice atra, auriculis apice barbatis.  
*Syst. nat.* XII. I. p. 62. n. 7.  
 Felis cauda truncata, corpore rufescente maculato. *Fn. suec.* I. n. 4. *It. Wyoth.* 222.  
 Felis auricularum apicibus pilis longissimis praeditis, cauda brevi. *Briff. quadr.* p. 200.  
 Pinuum dasypus. *Nieremb. hist. nat.* p. 153.  
 Lupus cervarius. *Gesn. quadr.* 677.  
 Lynx. *Aldrov. dig.* p. 90. *Raj. quadr.* p. 166. *Jonston quadr.* p. 83. t. 71. *Buffon hist. nat.* IX. p. 231. t. 21.  
*Penn. quadr.* p. 186. n. 135.  
 Loup cervier. *Tournef. voy.* II. p. 193. t. 193.  
 Luchs. *Ridinger wild. Thiere,* p. 22.  
 $\beta.$  cauda truncata, corpore albo, maculato. *Fn. suec.* I. p. 2.  
 n. 5. et II. p. 5. n. 11.  
 Lynx colore albo, maculis nigris, cauda truncata. *Klein quadr.* p. 77.  
 Felis alba maculis nigris variegata, cauda brevi. *Briff. anim.* p. 274. n. 14.  
 Habitat in Europae, Americae, Asiae borealis, etiam Japoniae silvis densioribus, in arboribus degens; venatur cervos, martes, aliasque mustelae species, catos, sciuros; viicitat leporibus, scuris, avibus, ipsisque adeo, si fame prematur, ovibus et capris stabulantibus; astutissimum animal visu et odoratu acutissimo in praedam insilit; coit Februario, et 9 hebdomadibus clapsis 3-4 catulos parit.  
 Magnitudo circiter vulpis,  $\beta$  paulo inferior. Cauda femoribus paulo brevior; Palpebra superior versus canthum majorem et inferior albicans. Macula linearis fusca pone oculos. Manus amplissimae.

14. VIVERRA. *Dentes primores VI: inter mediis brevioribus.*

*laniarii utrinque I, reliquis longior.*

*molares plures quam tres.*

*Lingua retrorsum saepe aculeata.*

*Ungues exserti.*

Ichneu- mon. 1. V. cauda e basi incrassata sensim attenuata apice floccosa, pollicibus remotiusculis. Schreber Sacugth. III. p. 427. t. CXV. B.

Mustela pilis ex albido et nigro variegatis vestita. Briff. quadr. p. 181.

Meles digitis mediis longioribus lateralibus aequalibus, unguibus subuniformibus. Hasselq. it. p. 191.

Ichneumon, que les Egyptiens nomment rat de Pharaon. Belon obs. p. 95.

Ichneumon f. lutra Aegypti. Aldrov. dig. p. 298. fig. p. 301.

Ichneumon. Gesn. quadr. p. 566. Alpin. hist. Aeg. p. 234. t. 14. f. 3. Maillet descr. de l' Egypt. p. 90. t. 88. Shaw travels T. II. t. ad p. 74. fig. sup. Penn. quadr. p. 226.

Habitat in Aegypto ad ripas Nili, quo extundante in hortos et pagos recedit. Mansuetus; more felis in domibus mures venatur; his praesertim, gallinis, vermis, insectis, variisque amphibiis, serpentibus, ranis, lucertis, crocodili ovis vicitat; mustelarum, catorum hostis, quos trucidat; animosum et astutum animal repit et profilit ad praedam: Calcaneis incedit.

Frons plana. Labium superius prominens. Auriculae rotundatae. Mustaces simplici serie in omnibus labiis lateralibus ad marginem. Lingua scabra. Cauda longitudine corporis. Folliculus ante aperturam ani sub aestu aperitus. Pili albido et griseo nigrescente verticillati. Magnitudo cati.

Mungo. 7. V. cauda e basi crassa sensim attenuata non floccosa, pollicibus remotiusculis. Schreber Sacugthiere, III. p. 430. t. CXVI. A. CXVI. B.

Viverra ichneumon β. Syst. nat. XII. 1. p. 63.

Mustela glauca. Syst. nat. 5. Amoenit. acad. II. p. 109.

Viverra ex griseo rubescens. Briff. quadr. p. 177.

Muste-

Mustela s. viverra Indis Mangutia. *Kaempf. amoen. exot.* 574.  
*t. 567.*  
 Quil vel Quiopela. *Garcias arom.* p. 214. *Raj. quadr.* 197.  
 Serpenticida five Moncus. *Rumpf herbar. amboin. au&El.* p. 69.  
*t. 72. f. 2. 3.*  
 Indianus ichneumon. *Edw. av.* 199. *t. 199.*  
 Ichneumon indien. *Vosmaer descript. Amst.* 1772. 4.  
 Ichneumon. *S. G. Gmelin it.* III. *t. 30.*  
 Mangouste. *Buffon hist. nat.* XIII. p. 150. *t. 19.*  
*Habitat in Bengala, Persia, aliisque Asiae calidioribus platis; ichneumone minor et glauca; ceterum moribus, vietu, praeda, corporis habitu similis; cum serpentibus, ipsaque naja dimicat, morsa ab his ophiorhizam assumere fertur; a vento reformidat; circuata more canis sequitur; mundum animal, frigoris impatiens.*

- castra. 8. V. cauda e basi crassa sensim attenuata apice atra. *Schreber Sacugb.* III. p. 434. *n. 9.*  
*Habitat in promontorio bonae spei; habitu externo mustelae putorius similis, longitudine mustelae lutrae aequalis.*  
 Auriculae brevissimae, pilosae. Myctaces simplici serie, nigrescunt. Pili nitentes, asperi, ex luteo, fusco et nigro mixti. Pedes nigricant.
- Zenik. 27. V. tetradastylia, corpore griseo, fasciis 10 transversis nigris, cauda ex atro spadicea, versus apicem nigra. *Zénik des Hottentots. Sonner. it.* 2. p. 145. *t. 92.*  
*Habitat in terra Hottentotarum, muris amphibii magnitudine.*  
 Palmarum unguis praelongi, fere recti; plantarum breves, uncinati; cauda gracilis; rostrum elongatum; dentes, ut quidem numerat Sonnerat, in utraque maxilla primores 2, canini 6.

- tetradactyla. 9. V. pedibus tetradastyli, naso producto mobili. *Schreber Sacugb.* III. p. 434. *t. CXVII.* *Miller on various subjects.* T. XX.

Suricate. *Buffon hist. nat.* XIII. p. 72. *t. 8.*

F 3

Habi-

Viverris corpus longum, aequalis crassitie, pedes breves, plerumque pentadactyli, unguibus immobilibus, auriculae parvae, rostrum acutum, inter annum et genitalia rima, ducens ad folliculum unguine foetido in propriis glandulis secreto refertum. Cursus celer; aliae calcaneis incedunt, aliae scandunt, aliae fodunt. Feminae multiparae. An 2, 3 et 9 cum tenore flavo potius meli jungendae?

bre-  
quis  
a.  
:colo,  
427.  
Briff.  
, un-  
raon.  
. fig.  
234.  
Shaw  
26.  
iortos  
s mu-  
fectis,  
rcodi-  
truci-  
t ad  
ue ro-  
late-  
itudi-  
aper-  
lagni-  
polli-  
430.  
Luste-

*Habitat in Africa australi.*

*Longitudo pedalis, et una cum cauda sesquipedalis; vinctat carnibus, praecipue ovis et piscibus; pedibus anterioribus fodit; facile mansuetus, tunc mitissima.*

Nasua. 2. *V. rufa, cauda albo annulata, naso producto mobili.*  
Schreber Saeugth. III. p. 436. t. CXVIII.

*Ursus naso producto et mobili, cauda annulatim variegata.*  
Briff. quadr. p. 190.

*Vulpes minor, rostro superiori longiusculo, cauda annulatim ex nigro et rufo variegata.* Quachy. Barr. Fr. équin. p. 167.

*Coati. Maregr. brasili. p. 228.*

*Coati mondi. Ael. Parif. T. III. P. 3. p. 17. t. 37. Raj.*  
*quadr. p. 180. Houttuyn zantenstel II. p. 238. t. 15. f. 2.*

*Coati noiratre. Buff. hist. nat. VIII. p. 358. t. 48.*

*Brasilian Weasel. Penn. quadr. p. 229. t. 22. f. 1.*

*Habitat in America australi, egregie fodit, quoesturum lumbrios; vinctat etiam muribus, pomis, pane; dum irascitur, pessime foetet.*

*Corpus magnitudine cati, statura lotoris; rufum, ut in vulpe, pilis in dorso rigidulis. Macula albida, supra, infra et pone oculum. Auriculae parvae, supra nigrae. Verruca supra palpebram superiorum, sub oculo, in bucca, sub gula. Gula flavescens. Nalus eductus in proboscidem nigram, longissimam, undique mobilem, apice introrsum truncatam, absque lacuna subtus. Dentes primores superiores laterales majores; inferiores medii convergentes. Lingua fissuris lobata, ut folium quercus. Cauda erecta, corpore longior, fusca, annulis 10 pallidis, pilis patulis depresso, apice compressa. Pedes calcaneis incedentes tardo gressu, etiam scandentes. Digitus singulis 5, pollice non remoto. Ungues acuti compressi.*

Narica. 3. *V. subfuscata, cauda concolore, naso producto mobili.* Schreber Saeugth. III. p. 438. t. CXIX.

*Ursus naso producto et mobili, cauda unicolor.* Briff. quadr. 190.

*Coati brun. Buff. hist. nat. VIII. t. 48.*

*Habitat in America australi, tam profunde fodens, ut rotius animalis sola cauda promineat; cato et nasua paullo major. Edit lumbrios, panem, fructus, radices; aquam etiam intrat, et in arbores ascendit.*

Vulpecu- 10. V. tota castanea, naso produēto. Schreber Saeugth. III.  
la. p. 440. t. CXX.

Yzquiepatl seu vulpecula, quae maitzium torrefactum aemulatur colore. Hernandez mexic. p. 332. Raj. quadr. p. 181.

Coase. Buffon hist. nat. XIII. p. 288. 299. t. 38.

Stiñsing weesel. Penn. quadr. p. 230. n. 165.

Habitat in Virginia et nova Hispania, foetidissima vicitat vermicibus, scarabaeis, avibus. Longitudo 16 pollicum. Mytaces nigrae. Palmae tetradaëtylac.

Quasje. 11. V. castanea subtus flavescens, naso produēto, cauda annulata. Syst. nat. X. I. p. 44.

Meles ex saturate spadiceo nigricans, cauda fusca annulis flavicantibus quasi cincta. Briff. quadr. p. 185.

Ichneumon de yzquiepatl. Seb. mus. I. p. 68. t. 42. f. 2. Tamandua mexicana, yzquiepatl seu vulpecula dicta. Seb. mus. I. p. 66. t. 40. f. 2?

Habitat Surinami; fodit, vermicibus, insectis, fructibus vescentis, mansuescens, foetida.

Putorius. 4. V. nigricans lineis quinque dorsalibus parallelis albidis. Schreber Saeugth. III. p. 442. t. CXXII.

Mustela nigra, taeniis in dorso albis. Briff. quadr. p. 181.

Polcat. Catesb. carol. II. p. 62. t. 62.

Polcat, Skunk, Fiskatta. Kalm itin. II. p. 378.

Conepate. Buff. hist. nat. XIII. p. 288. t. 40.

Striated Weasel. Penn. quadr. p. 232. n. 166.

Habitat in America septentrionali, antra fodens, die dormiens, noctu currens, lumbricis et insectis vicitans, carnium, avium, ovorum amans; a canibus dum urgetur, se contrahit; irritatus, instar plurimarum hujus generis specierum, balitum explodit, quo nibil foetidius; incensus tardus nec homines nec feras metuens; vestes foctore inquinatae purgantur sepeliendo per diem. A. Kuhn. Fodit et scandit, talis incidit, cati magnitudine.

Magnitudo martis. Color subtus ex' albo et nigro variegatus. Pedes talis incidentes. Ungues 5 - 5: anteriores compressi longi; posteriores breviores, subtus excavati. Dentes primores superiores paralleli depressi aequales; inferiores 6 aequales compressi, quorum 2 interiores; molares 5; laniarii supra et infra utrinque approximati, infra tamen magis. Caput subglobosum, rostro produēto, naso nudo; mystacum triplici ordine; rictū brevi; colum brevissimum; palmac breviores unguibus longissimis;

Zey

plantarum unguis breviores; cauda horizontalis apice alba, pilis longissimis; penis osse cartilagineo.

**Conepatl.** 12. V. nigricans, lineis duabus albis dorsalibus per caudam productis.

Conepatl seu vulpecula puerilis. Hernand. mex. p. 232.  
Habitat in nova Hispania.

**Mephitis.** 13. V. dorso albo, linea longitudinali alba. Schreb. Sacugth. III. p. 444. t. CXXI.

Chinche. Buffon hist. nat. XIII. p. 294. t. 39.  
Skunk weefel. Penn. quadr. p. 233. n. 167.

Habitat in America a regno Chilensi ad Canadam usque,  
mansuefens; foetore horrendo se defendens, ova venatur.

Longitudo 16 pollicum. Pili longi splendidi. Cauda potissimum alba.

**Zorilla.** 14. V. albo nigroque variegata. Schreber Sacugth. III. p. 445. t. CXXII.

Zorilla. Buffon hist. nat. XIII. p. 289. t. 41.  
Mapurito, Mafutiliqui. Gumilla Orenoq. III. p. 240.

Habitat in America australi.

Longitudo 14 pollicum. Cauda corpore brevior postice alba.  
Rostrum breve et obtusum. Pili longi.

**Mapurito.** 15. V. nigra, fascia nivea a fronte ad dorsum medium producta,  
auriculis nullis.

Viverra Putorius. Mutis aG. Holmiens. 1769. p. 68.

Habitat in nova Hispania circa metalla Pamplonae, interdiu dormiens, noctu vagans, cursu veloci; viicitat ver-  
mibus et insectis, profunda antra fodit.

Longitudo corporis 20, caudae apice albicantis 9 pollicum.  
Pedes pentadactyli, talis incedentes, unguibus longis.  
Caput parvum. Rostrum elongatum. Lingua laevis.

**vittata.** 16. V. nigricans, vitta alba ab humeris ad frontem producta.  
Schreber Sacugth. III. p. 447. t. CXXIV.

Grison. Buffon hist. nat. ed. Allam. XV. p. 65. t. 8.

Chinche. Feuillé voy. I. 272?

Yaguane; Maikel. Falkner Patagon. p. 158. 159?

Habitat Surinami, forsan in omni America australi.

Pedes pentadactyli. Cauda corpore brevior, pilis etiam bre-  
vioribus. Auriculæ breves.

17. V.

- Zeylanica. 17. V. supra cinerea, fusco mista, infra albida. Schreb. Saeugth. III. p. 451.  
*Martes philippensis. Camell. act. angl. XXV. p. 2204?*  
*Habitat in Zeylona, forsitan quoque in insulis Philippinis.*  
*Magnitudine et habitu ad martes accedit. Pedes pentadactylus, unguibus paulisper retractilibus. Cauda longitudine corporis, basi paulo crassiore. Mustaces albae, ordine 5 plici, labium inferius dentatum. Dentes primores superiores laterales longiores conici, medii obtusi. Lingua verrucosa.*
- capensis. 18. V. nigra, dorso griseo albo-marginato. Erxl. syst. mamm. p. 493. Schreb. Saeugth. III. p. 450. t. CXXV.  
*Mustela subfuscata, linea longitudinali alba per utrumque latum ducta. Brown. jamarc. p. 486. n. 1?*  
*Stinkbinksen. Kolbe Vorgeb. I. 167.*  
*Blaireau puant. la Caille voyag. p. 182.*  
*Fizzler. Penn. quadr. p. 234 n. 269.*  
*Habitat in capite bonae spei et Guinea, melle sylvestri pastatur, factore contra hostes se defendens.*  
*Longitudo bipedalis, caudae octo pollicum. Auriculae nullae. Pili longi et asperi. Annon guloni adjungenda?*
- Civetta. 19. V. cauda superius maculata, versus apicem fusa, juba castanea, dorso cinereo fuscoque maculata. Schreber Saeugth. III. p. 418. t. CXI.  
*Meles fasciis et maculis albis nigris et rufescens variegata. Briff. quadr. p. 186.*  
*La civette, qu'on nommoit anciennement hyaena. Belon obser. 208. fig. p. 209.*  
*Civetta. Clus. cur. post. p. 57.*  
*Felis zibethi. Gesn. quadr. p. 836. Aldrov. dig. p. 342. Olear. gottorf. Kunstkam. p. 7. t. 6. f. 3.*  
*Civette. Buffon hist. nat. IX. p. 299. t. 34.*  
*Habitat in Aethiopia, Guinea, Congo, Capite bonae spei. Corporis habitu catum refert, capitum forma proprius ad mungo accedit: Sub oculis macula, in dorso numerosas rotundatae et angulatae maculae castaneae, quae versus crura in strias abeunt. Pedes ex atro fusi. Dentes molares in utraque maxilla utriusque sex.*
- Zibetha. 5. V. cauda annulata, dorso cinereo nigroque undatum striato. Schreber Saeugth. III. p. 420. t. CXII.  
*Felis zibethi. Gesn. quadr. p. 837.*

*Animal zibethi vel hyaena veterum Bellonii. Aldrov. dig.*

*p. 343. Raj. quadr. p. 178.*

*Animal du mule. Act. Parif. 1731. p. 443.*

*Zibet. Buff. hist. nat. IX. p. 299. t. 31.*

*Habitat in Arabia, Malabaria, Siam, et insulis Philippinis; fera, indomita, mansueta quidem, sed facile in priorem ferociam revertens; irata pilos dorsi erigit; morsu se defendit; vescitur animalibus minoribus, avibus, pisibus, radicibus adeo et fructibus; facile et scandit et currit.*

*Corpus gracile et oblongum, magis quam quidem civettæ; rostrum quoque longius et tenuius, supra paulisper emarginatum. Dentes primores superiores sex paralleli; intermedii paulo minores; inferiores paralleli: medi i paulo breviores; alternis interioribus. Laniarii solitarii, utrinque distantes. Molares acuti, denticulati, inferiores utrinque 5, superiores 6. Auriculae rectæ, breviores quam civettæ. Corporis pili cinereo nigroque undati, rigidiuscili, appressi. Pedes fusci, subtus nigri. Cauda longior quam civettæ. Longitudo corporis 2 $\frac{1}{2}$  pedum. Folliculus zibethi inter anum et genitalia in utroque sexu 1, propria apertura folliculi, distincta ab ano et vulva, prominens, ambrosiaca.*

*Anatome. Bartholin. cent. 4. n. 1. et cent. 5. n. 49.*

*Castellus P. Hyaena odorifera. Francof. 1698. 8.*

*herma- 20. V. cauda elongata apice atra, striis tribus dorsalibus nigris. Schreber Sacugth. III. p. 426. n. 6.*

*phrodita. Habitat in Barbaria.*

*Magnitudo inter civettam et genettam media. Rostrum ab apice ad et ultra oculos, gula, mystaces, pedes nigri. Infra oculos et inter mystaces macula alba. Pili longi, ad cutem cinerei, apice nigri. Cauda corpore longior. Ungues lutei. Inter penem et anum regio calva, cute tenera plica dupli. Pallas.*

*Genetta. 6. V. cauda annulata corpore fulvo-nigricante maculato. Schreber Sacugth. III. p. 423. t. CXIII.*

*Mustela cauda ex annulis alternatim albidis et nigris variegata. Briss. quadr. p. 186.*

*Genette. Belon obs. p. 73. Gesn. quadr. p. 549.*

*Genette. Buffon hist. nat. IX. p. 343. t. 36.*

*Genithkaze, Chat d'Espagne. Ridinger illuminirte Thiere. t. Q.D.S. XXVIII.*

*Habi-*

*Habitat circa Constantinopolin, in Asia occidentali et Hispania, mitis et facile mansuetus, ut felis, venatur mures, olet moschum, odore tamen debiliore et fugace.*

*Ad Zibetham prope accedit, rostrum tamen magis acutum, pedes breviores, cauda longior. Longitudo corporis sine cauda 5 pollicum ultra pedem, cum cauda 2½ pedum. Dentes molares utrinque 6. Pili cinerei, apice spadicei aut nigri.*

Fossa.

21. V. cauda annulata, corpore cinereo nigro maculato. Erxl. Syst. mamm. p. 498. Schreber Saengthiere, III. p. 424. t. CXIV.

Fossane. Buffon hist. nat. XIII. p. 163. t. XX. Penn. quadr. p. 237. n. 272. t. 22. f. 2.

*Habitat in Madagascari, forsan quoque in continente Africæ. Magnitudine et forma ad genettam accedit; neque tamen zibethum olens. Ne folliculus quidem haec tenus inventus.*

tigrina.

22. V. cauda annulata apice fusca, corpore cinereo fusco-maculato, tria a capite ad caudam producta nigra. Schreber Saengthiere, III. p. 425. t. CXV.

Chat-bizaam. Vosmaer descr. d'une espece singul. de chat africain. Amst. 1771.

*Habitat in capite bona spei.*

*Magnitudo cati domestici; satis mitis; carnis praesertim avium amans; Zibethum non olet; an a fossa vere distincta?*

caudivol-

23. V. flava nigro-mixta, cauda unicolor prehensili. Schreber Saengthiere, III. p. 453. t. CXXV. B. et I. p. 145. t. XLII.

Yellow manacaoco. Penn. quadr. p. 138. n. 108. t. 16. f. 2.

*Habitat in Jamaica, manuetus et lepidus scandit arbores.*

*Corpus longitudine 19 circiter pollicum. Cauda vix brevior, apice prehensilis, castanea atro mixta. Pedes breves et crassi.*

mellivo-

- ra. 24. V. dorso cinereo, fascia laterali nigra, abdomine nigro, unguibus longis subtus cavis, fossoriis. Blumenbach Naturg. p. 97.

Rate. Sparrmann act. Stockh. 1777. t. IV. f. 3.

*Habitat ad caput bona spei, viellitans melle ceraque apium sylvestrium in caveis hystricis, dipodis, cuniculi, canis aurei etc. nidulantium, quos volantes observat, aut cuncto*

w. dig.

ppinis;  
in prio-  
morsu-  
is, pif-  
udit et

vettæ;

emar-

inter-

paulo

utrin-

eriores

viiores

iti, ri-

Cauda

edum.

texu i,

, pro-

us ni-

um ab

. In-

i, ad

igior.

cute

ulato.

varie-

biere.

Habi-



*cupo indicatore duce quaerit. Vellus villosum, cute robusta, laxe corpus ambiente.*

fasciata. 25. *V. caudae pilis longis nigris et rufescibus, corpore griseo fasciis 6 nigris longitudinalibus vario, subtus albo. Chat sauvage à bandes noires des Indes. Sonner. it. 2. p. 193. t. 90.*

*Habitat in India, 2 pedes et 9 pollices longa.*

*Dentes primores in utraque maxilla 2, canini 14 (sec. Sonnerat) pedes pentadactyli, unguibus fortibus uncinatis; oculi vividi.*

malaccen- 26. *V. cauda nigro annulata elongata, corpore griseo supra nigro-guttato, maculis quatuor rotundis supra oculos, falcis colli dorsique tribus nigris.*

*Civette de Malacca. Sonner. it. 2. p. 144. t. 91.*

*Habitat in Malacca, cati magnitudine et moribus, ferox, praedans, agilissima, ab arbore in arborem saltit, odorem moschi spargens, liquorem ejus aemulum continens, cuius virtutem aphrodisiacam et ventriculum roborantem praedita est Malaii.*

*Corpus margaritaceum, serie guttarum nigrarum 6, septuplii in dorso; caput supra, pedes et femora nigra; auriculae exiguae, rotundae; oculi nigricantes parvi; pedes pentadactyli, unguibus acutis, uncinatis, retractilibus; an ideo felis? Rostrum elongatum, corpus productum vetat.*

### 15. MUSTELA. Dentes primores superiores VI erecti acutiores distincti. inferiores VI obtusiores conferti: duo interiores.

#### Lingua laevis.

\* *plantis palmatis, Lutrae.*

Lutris. 1. *M. plantis palmatis pilosis, cauda corpore quadruplo breviore.*

*Lutra marina plantis pilosis, cauda pilosis, cauda corpore quadruplo breviore. Erxl. mamm. p. 445. Schreber Saeugth. III. p. 465. t. CXXVIII.*

*Lutra marina. Steller nov. comment. Petrop. Tom. II. p. 367. t. 26.*

β. L.

brasiliensis.  $\beta$ . L. atri coloris, macula sub gutture flava. *Briss. quadr. sis.* p. 202.

*Lutra brasiliensis. Raj. quadr. p. 189. Klein quadr. p. 91. Lutra nigricans, cauda depressa et plana. Barrer. Fr. equin. p. 155.*

*Jiya, quae et carigueibeui a Brasiliensibus. Marcgr. brasili. p. 234. Jonst. quadr. t. 66.*

*Saricovienne. Buffon hist. nat. XIII. p. 319.*

*Habitat in oceano Asiam et Americanam inter medio,  $\beta$  in fluviis Americae meridionalis.*

*Caput depresso. Auriculæ minimæ, villosæ, subrotundæ.*

*Os obtusissimum. Myctaces copiosæ, rigidulæ: supra supercilia; pone oculos; pone sinum oris; ad latera labia inferioris; sub gula. Dentes primores superiores 6 aequales; inferiores 6: duobus alternis interioribus et duobus bilobis lateralibus. Pedes 5-5, palmati omnes. Cauda depressa, corpore paulo brevior. An hujus varietas, an propria species mustela felina, ad littus Chilense obvia, plantis palmatis pilosis, cauda tereti elongata conspicua?*

*Molina hist. nat. Chil. L. IV. p. 252.*

*Lutra.* 2. M. plantis palmatis nudis, cauda corpore dimidio breviore. *Fn. suec. p. 12. S. G. Gmelin it. III. p. 285. 373.*

*Lutra plantis nudis, cauda corpore dimidio breviore. Erxleb. mamm. p. 448. n. 2. Schreber Saugth. III. p. 457. t. CXXVI. A. B.*

*Lutra digitis aequalibus. Faun. suec. I. n. 10.*

*Lutra. Gesn. quadr. p. 775. fig. p. 776. Gesn. aquat. p. 608. Aldrov. digit. p. 292. f. 295. Jonst. quadr. p. 150. t. 68. Raj. quadr. p. 187.*

*Loutre. Buffon hist. nat. VII. p. 134. t. II. XIII. p. 323. t. 45.*

*Otter. Penn. quadr. p. 238. n. 173.*

*Fischotter. Ridinger wilde Thier. t. 28.*

*Habi-*

*Multis quidem notis convenienter lutrae cum mustelis, corpore elongato, aequalis crassitie, pedibus brevibus, pilis nitentibus, unguibus immobilebus; in antris degene, noctu praesertim vagantur et praedantur; ast lutrae in aquis perpetuo degunt, supra et infra aquam natant, plicibus praesertim viditant; non scandunt, aut incurvato corpore, et protensa cauda salint, uti multelae; caput ipsi est crassius et magius, lingua mollibus aculeis instrueta; lutris in utraque maxilla molares dentes utrigenae 5, multelis  $\frac{3}{4}$  ant  $\frac{2}{3}$ ; an ideo removendae a mustelis proprium genus constituant lutrae?*

*Habitat in Europae, septentrionalis Americae et ad Persiam usque Aliae aquis dulcibus, fluvitis, stagnis, piscinis, non in mari. Viicitat piscesibus, ranis, canceris; piscinas devastat. Nidus sub terra, supra aquae superficiem, aditu sub aqua; coit februario; advocat feminam sono lento susurrando; parit Majo pullos 3-4. Aftatum et mordax animal, ut tamen cicurari possit.*

Anatomie. E. N. C. d. 1. a. 3. obs. 195. et dec. 2. a. 10. obs. 112. et cent. 10. app. 468.

Lutreola. 3. M. plantis palmatis hirsutis, digitis aequalibus, ore albo. Fn. suec. 12. Lepechin it. I. p. 176. t. 12.

Lutra minor, plantis hirsutis, digitis aequalibus, ore albo. Erxleb. mamm. p. 451. n. 3. Schreb. Saeugth. III. p. 462. t. CXXVII.

Viverra fusca ore albo. Leche act. Holm. 1759. P. XXI. p. 292. t. II.

Viverra Lutreola. Pallas spicil. zool. XIV. p. 46. t. III. f. 1.

Noerza. Agric. de anim. subterr. p. 39.

Lesser otter. Penn. quadr. p. 239. n. 174. t. 21. f. 2.

*Habitat in Germaniae (parcins), Poloniae, Finlandiae, Russiae, Sibiriae aquosis, viicitans piscesibus, ranis. Pedem longitudine vix excedit. Cum spec. I. viverris adjungi vult Pallas.*

Vifon. 5. M. plantis palmatis, corpore saturate castaneo unicolo. Schreber Saeugth. III. p. 463. t. CXXVII. B.

Mustela pilis coloris saturate castanei in toto corpore vestita. Briss. quadr. p. 178. n. 6.

Vifon. Buffon hist. nat. XIII. p. 304. t. 43.

Minx. Lawson Carol. p. 121.

Mink. Kalm. it. III. p. 22.

*Habitat in America septentrionali ad aquas; piscesibus, avibus, muribus vescitur, aliquando pagos frequentans.*

\* \* pedibus fissis, Mustelae.

barbara. 4. M. pedibus fissis, atra, collo subtus macula alba triloba. Mustela maxima atra moschum redolens, Tayra. Barrere Fr. équin. p. 155.

Guinea weasel. Penn. quadr. p. 225. n. 161.

*Habitat in Guiana et Brasilia.*

Corpus statura martis, nigrum pilis rigidioribus. Auriculae rotundae villosae. Area cinerascens ante oculos. Macula sub medio collo, non sub gula, albida. Mammae 4 pone umbilicum.

An

*An hoc spectat Cuja Chilensisum, cauda mediocri, pilis molibus, labio superiore subtruncato conspicua? Molina hist. nat. Ch. p. 258.*

- Galera. 12. M. tota fusca, pedibus fissis. *Erxl. mamm. p. 453.*  
*Galera subfuscata, cauda elongata, oculis nigris, auribus subnudis appressis, the Guinea fox. Brown. jamaic. p. 485. t. 29. f. 1.*  
*Vansire. Buffon hist. nat. XIII. p. 167. t. 21.*  
*Tayra ou Galera. Buffon hist. nat. XV. p. 155.*  
*Madagafcar weefel. Penn. quadr. p. 224. n. 158.*  
*Guinea weefel. Penn. quadr. p. 225. n. 160.*  
*Habitat in Guinea et Madagafcar.*
- Canaden- 13. M. pedibus fissis, corpore fulvo nigricante, pectore maculatis. *Erxl. mamm. p. 455. Schreber Saeguth. III. p. 492. t. CXXXIV.*  
*Pekan. Buffon hist. nat. XIII. p. 304. t. 42.*  
*Habitat in Canada, absque cauda bipedalis.*
- Foina. 14. M. pedibus fissis, corpore fulvo nigricante, gula alba. *Erxleb. mamm. p. 458. Schreber Saeguth. III. p. 472. t. CXXIX.*  
*Mustela pilis in exortu albidis castaneo colore terminatis vestita, gutture albo. Briss. quadr. p. 178.*  
*Martes domestica. Gesn. quadr. p. 765. Aldrov. dig. p. 332. Jonst. quadr. p. 156.*  
*Martes, aliis Foina. Raj. quadr. p. 200.*  
*Fouine. Buffon hist. nat. VII. p. 161. t. 18.*  
*Martin. Penn. quadr. p. 215. n. 154.*  
*Marder. Ridinger kleine Thiere, t. 85.*  
*Habitat in Anglia, Germania, Gallia et Europa australiore.*  
*Noctu vagatur, quadrupedibus minoribus, ranis, avibus viicit, gallinarum et ovorum praecipue amans, fructus etiam horaeos vorat, cati infensissimus hostis; mansuetus, si junior captus fuerit; femina 3-4, adulta ad 7 pullos parit.*
- Martes. 6. M. pedibus fissis corpore fulvo nigricante, gula flava. *Erxl. mamm. p. 455. Schreb. Saeguth. III. p. 475. t. CXXX.*  
*Mustela pilis in exortu e cinereo albidis castaneo colore terminatis vestita, gutture flavo. Briss. quadr. p. 179.*  
*Martes silvestris. Gesner quadr. p. 766.*  
*Martes abietum. Raj. quadr. p. 200.*  
*Martes. Aldr. dig. p. 331.*

Marte.

Marte. *Buffon hist. nat.* VII. p. 186. t. 22.

Pine Martin. *Penn. quadr.* p. 216. n. 155.

Marder. *Ridinger wild. Thier.* t. 30.

*Habitat in Americae, Asiae et Europae septentrionalis, rasius in Angliae, Galliae, Germaniae, Hungariae incolitis; noctu vagatur, interdiu in cavis arboribus, nidis sciurorum etc. degens; his praesertim, muribus, aviculis, baccis, fructibus etiam horaeis et melle viicitat, hieme etiam columbas et gallinas venatur; coit februario, per 9 menses gravida 7-8 pulos parit. Capite breviore, et pedibus paulo longioribus a Foina distincta.*

Zibellina. 9. M. pedibus fissis, corpore obscure fulvo, fronte exalbida, gutture cinereo. *Schreb. Saengtb.* III. p. 478. t. CXXXVI.

*Pallas spicil. zool.* XIV. p. 54. t. III. f. 2.

Mustela obscure fulva, gutture cinereo. *Briss. quadr.* p. 180.

Mustela sobella. *Gesn. quadr.* p. 768.

Mustela Zibellina. *Aldr. dig.* p. 335. *Fonst. quadr.* p. 156.

*J. G. Gmelin nov. comm. Petrop.* T. V. p. 338. t. 6.

Zibeline. *Buffon hist. nat.* XIII. p. 309.

Sable et Fisher Weasel. *Penn. quadr.* p. 217. et 223. n. 156.

157.

*Habitat in Asia et America septentrionali, olim quoque in Lapponia, in Asia ad 58<sup>um</sup>, in America ad 40<sup>um</sup> latitudinis gradum, catis infesta; mustelis, scinvis, leporibus hieme avibus praecipue tetraonibus, autumno baccis viicitat; noctu praedatur, interdiu dormiens; coit Januario; sub finem Martii parit femina 3-5 pulos.*

*Proxime ad Martem accedit, a quo tamen capite magis porrecto, auriculis longioribus, margine flavescente cinctis, pilis longioribus et splendidissimis, pedibus magis hirsutis, et cauda praesertim, quae brevior est pedibus posticis extensis, differt.*

*Varietas alba rarissima, vix frequentior ea, quae macula collari albida aut flava insignitur.*

Putorius. 7. M. pedibus fissis, corpore flavo nigricante, ore auriculisque albis. *Schreber Saengtb.* III. p. 485. t. CXXXI. *Fann. suec.* 16.

Mustela pilis in exortu ex cinereo albidis colore nigricante terminatis vestita, oris circumferentia alba. *Briss. quadr.* p. 186.

Mustela flavescente-nigricans, ore albo, collari flavo. *Syst. nat.* VI. p. 5. n. 3.

Puto-

Putorius. *Gesn. quadr.* p. 767. *Aldr. dig.* p. 329. *fig. p. 330.*

*Fonst. quadr.* p. 154. t. 64. *Raj. quadr.* p. 199.

Putois. *Buffon hist. nat.* VII. p. 199. t. 23.

Polecat. *Penn. quadr.* 213. n. 152.

Iltnis. *Ridinger wild.* Th. t. 20.

Habitat inter Europae, etiam aliquando Russiae asiaticae rupes, lapidum acervos, rudera, in stabulis, horreis, domibus, arboribus cavis; interdiu dormit, noctu prædatur cuniculos, mures, talpas, gallinas, alias aves, hieme ranas et pisces; ova rapit; alwearia devastat; anno, ut 7, 9, 14, balitu foeridissimo.

*Capite crassiore, rostro acutiore, cauda breviore, pilorum potissimum colore a marte differt; in desertis Russiae asiaticae nonnunquam alba. Mas plerumque subflavus ore albido. Femina albido-subflava.*

p. 180. Furo. 8. M. pedibus fissis, oculis rubicundis.

Mustela corpore pallide flavo. *Erxl. mamm.* p. 465. Schreb. *Saeugtb.* III. p. 488. t. CXXXIII.

Mustela viverra mas, pilis subflavis, longioribus castaneo terminatis vestita, et Mustela viverra femina, pilis ex albedo subflavis vestita. *Briff. quadr.* p. 177.

Mustela silvestris. *Aldr. dig. fig.* p. 327. *Fonst. quadr.* p. 154.

Mustela silvestris, viverra dicta. *Raj. quadr.* p. 198.

Furo. *Gesn. quadr.* p. 762.

Furet et Furet putois. *Buffon hist. nat.* VII. p. 209. t. 26. 25.

Ferret. *Penn. quadr.* p. 214. n. 153.

Habitat in Africa, domesticata et venatui adaptata in temperatore Europa; bis coit per annum, per sex hebdomadas gravida, 5-8 rarius 9 pullos parit.

Putorio minor, a quo etiam capite angustiore, rostro acutiore, trunco magis elongato et gracili, colore differt.

farmatica. 15. M. pedibus fissis, corpore supra ex luteo et fusco vario.

*Pallas it.* I. 453. et *spic. zool.* XIV. p. 79. t. IV. f. 1. *Erxleb. mamm.* p. 460. *Schreber Saeugtb.* III. p. 490. t. CXXXII.

Mustela peregrina, pedibus fissis, capite et corpore subtus aterrimis, corpore supra brunneo luteoque vario, ore fascia frontali auriculisque albis. *Güldenstaedt nov. comm.*

*Petrop.* XIV. p. 441-445. t. 10.

Mustela praecincta et Perewiaska. *Rzaczynski hist. nat. Pol.* p. 328. et 222.

Vormela (germanice Wormlein). *Gesn. quadr.* p. 768.

G

Habi-

lis, ras-  
e incul-  
- nidis  
vicolis,  
hieme  
io, per  
tore, et

salbida,  
XXXVI.

p. 180.

p. 156.  
6.

n. 156.

oqne in  
um lati-  
poribus  
is victi-  
uuario;

gis por-  
cinetis,  
irfutis,  
icis ex-

macula

ulisque  
Fann.

gricante  
quadr.

o. Syß.

Puto-

*Habitat in Polonia, praesertim Volhynia, et desertis inter Wolgam et Tanaim sitis; voracissima muribus, dipodibus, avibus, vescitur; femina 8 mammis gaudet, vere coit, et per 8 hebdomadas gravida 4-8 pullos parit.*

*Ad putorium accedit, a quo tamen capite angustiore, corpore magis elongato, cauda longiore, et pilis, si pedes caudamque excipias, brevioribus, distat.*

*fibirica.* 16. *M. fulva, palmis plantisque hirsutissimis fissis.* Pallas it. II. 701. et spic. zool. XIV. p. 89. t. IV. f. 2. Erxleb. mamm. p. 471.

*Habitat in Sibiriæ silvosis, vorax, carnes etiam et butyrum ex rusticorum culinis prædatur.*

*Magnitudine ad sarmaticam, moribus ad zibellinam, habitu ad ermineam proprius accedit, ab hac tamen cauda et pedibus longioribus discrepat. Cauda villosa, corpore dimidio brevior. Pili longiores et tenuiores, quam putorio et furoni.*

*erminea.* 10. *M. pedibus fissis, caudae apice atro.* Fn. suec. 17. Houttuyn nat. III. p. 206. t. 14. f. 5.

*Mustela hieme alba, aestate supra rutila infra alba, caudae apice nigro.* Briss. quadr. p. 176.

*aestiva.*  $\alpha$ . *Mustela caudae apice atro.* Schreber Sacugth. III. p. 496. t. CXXXVII. A.

Rosalet. Buffon hist. nat. VII. p. 240. t. 31. f. 1.

Stoat. Penn. quadr. p. 212. n. 151.

Wiesel. Ridinger jagdb. Th. t. 19.

*hyberna.*  $\beta$ . *Mustela candida in extrema cauda nigricans.* Aldrov. dig. p. 310. Schreber Sacugth. III. p. 496. t. CXXXVII. B.

*Mustela candida f. animal ermineum recentiorum.* Raj. quadr. p. 198.

Hermine. Buff. hist. nat. VII. p. 240. t. 29. f. 2.

Hermelin. S. G. Gmelin it. II. p. 192. t. 23.

*Habitat in Europa et frigidore America atque Asia ad borealem Persiam et Sinam usque in domibus, lapidum acervis, fluviorum ripis, cavis arboribus, silvis, praesertim betulatis; sciuris et lemmis viicitat, vietu ceterum et moribus*

---

*An ad hanc speciem spectat Mustela javanica, Seb. mus. I. p. 77. t. 48. f. 4. utrum ad hanc, an ad vulgarem Boccamale Sardorum, Cetti hist. nat. Sardin. I. t. 5. caudae apice atro, trunco longiore ad ermineam accedens, hominem sequitur, vegetabilibus et carne recenti vescitur, mel amat, vineas infestat.*

ribus ad vulgarem, facie et habitu ad martent accedit; ab hoc tamen trunko breviore, nunquam 10 pollices aequante, cauda longiore 4 pollicum, pilis brevioribus et minus splendentibus distat. Corpus in borealibus regionibus hyeme album, excepta cauda, quae dimidia extorris nigra. Pellis pretiosa, et olim magni aestimata.

vulgaris. II. M. pedibus fissis, corpore ex rufo fuscō, subtus albo, cauda concolore. Erxl. mamm. p. 471. Schreber Saecugth. III. p. 498. t. CXXXVIII.

aestiva. α. Mustela supra rutila, infra alba. Briss. quadr. p. 175.  
Mustela vulgaris. Aldr. dig. p. 307. Jonst. quadr. p. 152.  
t. 64. Raj. quadr. p. 195.  
Mustela. Gesn. quadr. p. 752.  
Belette. Buffon hist. nat. VII. p. 225. t. 29. f. 1.  
Common Weasel. Penn. quadr. p. 211. n. 150.  
Wiesel. Ridinger wilde Thier. t. 30.

nivalis. β. Mustela corpore albo, caudae apice vix pilis ullis nigris.  
Syst. nat. XII. p. 69. n. 11.  
Mustela cauda truncato-abbreviata corpori concolore. Hel-  
lenius act. Stockh. 1785. trim. 3. n. 9. t. 1.  
*Habitat in temperatiore et frigida Europa et Asia ad borealem Persiam usque, in septentrionalibus v. g. Westrobothnia, Russia etc. hyeme albescens; erminea dimidio minor, ut vix longitudinem 7 pollicum assequatur; edit pisces, carnes, mures, ova, fungos, non alia vegetabilia; avarissima, foetida, immunda, siticulosa, noctu praedatur, muribus pessima, quos totos relictis solis dentibus confundit, eorum foramina intrat; a fele non facile occiditur; recurrens accurrensque continuo prospicit; terrefacta epilepsia convelli fertur; cicurata lepida; vere 6-8 pluresve pullos parit.*

Quiqui. I7. M. pedibus fissis, corpore fusco, rostro cuneiformi. Molina hist. nat. Chil. L. IV. p. 258.  
*Habitat in regno Chileni infra terram, muribus vicitans, ferox.*

**16. URSUS.** *Dentes primores superiores VI, intus excavati alterni.*

*inferiores VI: laterales 2 longiores lobati; secundarii basi interiores.*

*laniarii solitarii.*

*molares V--VI: primo laniariis approximato.*

*Lingua laevis.*

*Membrana nictitans.*

*Nasus prominens.*

*Penis scatens osse curvato.*

**Arctos.** 1. U. fuscō nigricans, cauda abrupta. *Erxl. mamm. p. 156.*  
*Ursus niger, cauda unicolor. Briff. quadr. 184.*  
*Ursus. Gesn. quadr. 14. Aldrov. dig. 117. Jonst. quadr. p. 123, t. 55. Raj. quadr. p. 171. Klein quadr. p. 82.*  
*Black bear. Penn. quadr. p. 190. n. 138.*  
*Baer. Ridinger wilde Thier. t. 32.*

niger. α. corpore nigro minore. *Schreb. Saeugth. III. p. 502. t. CXL.*  
 fuscus. β. corpore fuscō vel ferrugineo. *Schreber Saeugth. III. p. 502. t. CXXXIX.*

albus. γ. corpore nigro pilis albis admixtis.

variegatus. δ. corpore versicolore.

*Habitat γ et δ in Islandia, α in uliginosis silvaticis frigidis Europae et Asiae septentrionalis, β etiam in alpibus pyrenaicis, fabaudicis, helveticis, carpathicis, caucasicis, in Polonia, Graecia, Palaestina, Aegypto, Barbaria, Zeylena, India, Japonia, Sina, Persia; vicitat α) radicibus, baccis, aliisque vegetabilibus; β) quoque insectis e. g. formicis, alvearibus apum, cadaveribus et laniana pecorum, cervorum, equorumque; praedam mox inflat, relietam in paludibus defodit; escam lubenter lavat; manus cubans continuo lambit; β fine Junii coit et initio Januarii parit unum plerumque pullum; coit α. fine Octobris, uterum gerit 112 diebus; hybernat abstemius a medio Novembri*

vembri in initium regelationis; obambulat plerumque, segnis nisi lacefatur, tum agilissime crectus ambabus pugnat; sine injuria hominem non adoritur; ante pugnam pullos adscendere arbores cogit; descendit praeante cauda, quam valde metuit; pediculis caret; cantum fugere perhibetur. Pedibus posterioribus insitit; natat. Hispidus membrana nictitante torvus. Pollex reliquis digitis angustior. Mammæ 4. Cranium, non cerebrum, leonis minus. Tendines praefantissimi pro filis Lapponum. Caro esitata. Fel amarissimum epilepticis commendatum; pinguedo in cosmeticæ recepta.

- maritimus. 5. U. albus, cauda abrupta, capite colloque elongatis. Erxl. syft. mamm. p. 160. Schreber Saugthiere, III. p. 513.

t. CXLI.

Ursus marinus. Pallas it. III. p. 691, et spicil. zoolog. XIV.

p. 1 - 24. t. I.

Ursus albus, cauda unicoloore. Briss. quadr. 188.

Ursus maritimus albus major arcticus. Martens spitzb. 73.

t. O. f. C.

Ursus albus. Jonst. quadr. p. 126. Mus. Worm. p. 319.

Klein quadr. p. 82.

Ours blanc. Buff. hist. nat. suppl. III. p. 200. t. 34.

Polar bear. Penn. quadr. p. 192. n. 139. t. 20. f. 1.

Weisse Baer. Ridinger Baeren, t. 3.

Habitat intra polum arcticum, frequens in glacie ipsoque mari; caloris impatientissimus, piscibus, phocis, balacenis, rarius, nec nisi famelicus armentis viicitat; Femina per 6-7 menses gravida Martio plerumque binos parit catulos. Mores et usus iidem, qui arcto. Caput magius, quam huic, cranium magis convexum, rostrum crassius.

- america- 6. U. niger, gula genisque ferrugineis. Pallas spicil. zool. XIV.

nus. p. 6. 26.

Habitat, terra Chilensi et Patagonia excepta, in omni America; vegetabilibus et piscibus praesertim viicitat. Caro esitata.

Caput magis elongatum. Auriculae longiores; pili fortiores, molles, recti, longiores, aterrimi, tenuiores, magis splendentes.

G 3

2. U.

---

*Animalia sub hoc genere militantia, pedibus pentadactylis, police non remoto talis incedunt, scandunt, palmis quaedam manuum instar utuntur.*

Meles. 2. U. cauda concolore, corpore supra cinereo, subtus nigro, fascia longitudinali per oculos auresque nigra. Fn. suec. 20. Schreber Saeguth. III. p. 516. t. CXLI.

Meles unguibus anticis longissimis. Syst. nat. VI. p. 6.

Meles pilis ex fordide albo et nigro variegatis vestita, capite taeniis alternatim albis et nigris variegata. Brisson quadr. 183.

Meles. Gesn. quadr. 687. fig. p. 686.

Taxus. Aldr. dig. p. 263. fig. p. 267. Jonst. quadr. p. 146. t. 63. Raj. quadr. 185. Klein quadr. 73.

Blaireau. Buff. hist. nat. VII. p. 104. t. 7. 8.

Common badger. Penn. quadr. p. 201. n. 142.

Tachs. Ridinger jagdb. Thier. t. 17.

alba. β. supra alba, infra ex albo flavicans. Brisson quadr. 185.

maculata. γ. alba maculis ex flavo rubicundis et fuscis. Ridinger allerl. Thier. t. 24.

Habitat in Europa et boreali Asia ad Persiam borealem et Sinam usque, in ipsa quoque Japonia; β) in provincia Americae Noveboracensi; γ) rarissimus, inter rimas rupium et lapidum in silvis, monogamus eoit Novembri aut Decembris initio, post novem septimanas femina pariente catus 3-5; vivit in seculis, ovis, foliis fecalis, lathyrisque, aliis cum vegetabilibus, quibus corrasis hybernat, admodum pinguis est; noctu venatur cuniculos, antra fodit inhabitaque; sterco in distincto et determinato loco deponunt inhabitantes extra antrum singuli; die latet; folliculum putorium supra anum baurit hybernans. Cicerari potest.

Membrana nictitans alba totum oculum tegens. Mammæ 6, 2 pectorales, 4 abdominales. Pedes breves pentadactyli. Longitudo plusquam bipedalis, β) 21 modo pollicum.

Anatome. E. N. C. d. 2. a. 5. obs. 32. et d. 3. a. 3. obs. 163.

labradorius. 7. U. cauda apice villosa ex luteo subfuscata, gula, pectore et abdomine albis, palmis tetradactylis. Schreber Saeguth. III. p. 520. t. CXLI. B.

American badger. Penn. quadr. p. 202. n. 143.

Carcajou. Buffon hist. nat. suppl. III. p. 242. t. 49.

Habitat in terra Labrador et ad sinum Hudlonis, mele paucilo minor, pilis mollioribus longioribus. Auriculae breves albae, nigro marginatae. Caput album, taeniis duabus nigris pone nasum per oculos productis. Pili dorsi initio castanei, tum ex luteo fusi, postea nigri, apice albi. Pedes fusi.

3. U.

nigro,  
uec. 20.6.  
capite  
quadr.

p. 146.

185.

allerl.

et Si-  
vincia  
as ru-  
bri aut  
ariente  
latib-  
ernat,  
tra fo-  
to loco  
latet;  
Cicu-mae 6,  
laetili.  
m.  
f. 163.tore et  
length.le pau-  
breves  
luabus  
initio  
e albi.

3. U.



- Lotor. 3. U. cauda annulata, fascia per oculos transversali nigra. Schreber Sacugth. III. p. 521. t. CXLIII.
- Ursus cauda elongata. Aet. Stockb. 1747. t. 9. f. 1. Houttuyn nat. 2. p. 237. t. 15. f. 1.
- Ursus cauda annulatum variegata. Briss. quadr. p. 189.
- Mapach. Fernand. anim. n. II. p. 1. Nieremb. hist. nat. p. 175. Jonst. quadrup. t. 74.
- Vulpis affinis americana, Coati Brasiliensibus. Raj. quadr. 179. Catesb. carol. app. p. 29.
- Raccoon. Kalm it. 2. p. 228. 327. et 3. p. 24. Laws carol. 121. Penn. quadr. p. 199. n. 141.
- Coati. Worm mus. 319. Major mosch. 30. Raj. quadrup. 179.
- Wilde zibethartige Kaze. Müller delic. nat. sel. 2. p. 99. t. K. I. f. 2.
- Habitat in Americae praesertim borealis, etiam insularum utrinque Americae oppositarum maritimis, ut plurimum in cavis arboribus, Mayo 2-3 pullos pariens. Edit lubenter ova, gallinas, conchas; cibum lavat, manibus ori admovet; odoratu tactuque excellit; mentis tenacissimus; dormit a 12 noctis ad 12 diei; pellitur setis porcinis. Lubenter scandit.
- Corpus cinereum, pilis erectis, ferrugineis apice nigris, unde inspectus umbra nigra cingitur. Caput fuscum, fronte alba; fascia nigra trans oculos in medio interrupta linea nigra perpendiculari interjecta. Cauda pilis nigris annulata. Penis osse incurvato scatet.
- Iuscus. 4. U. cauda elongata, corpore ferrugineo, rostro fusco, fronte plagaque laterali corporis.
- Ursus castanei coloris, cauda unicolor, rostro pedibusque nigris. Brisson quadr. p. 188.
- Quickhatch or Wolverene. Edw. av. 2. p. 103. t. 103. Ellis budson. I. p. 40. t. 4.
- Wolverene. Penn. quadr. p. 195. n. 140. t. 20. f. 2.
- Habitat ad sinum Hudlonis; magnitudine ad lupum, capite ad gulonem accedit. Pili longi et asperi; cauda castanea apice obscurior; pedes anteriores tetradactyli, posteriores pentadactyli.

Gulo.

8. U. cauda concolore, corpore rufo-fusco, medio dorsi nigro. Schreber Saeguth. III. p. 525. t. CXLIV. Georgi it. p. 160. Pallas spicil. zool. XIV. p. 25. t. 2.

Mustela pedibus fissis, corpore rufo-fusco, medio dorsi nigro. Syst. nat. XII. p. 67. Fn. suec. 14. Houitt. nat. II. p. 189. t. 14. f. 4. Gunner act. Nidros. III. p. 123. t. 3. f. 5.

Gulo. Gesn. quadr. p. 554. Aldrov. dig. p. 178. Jonst. quadr. p. 131. t. 57. Scheff. Lappon. 339. Rzaczynsk. polon. 218. Klein quadr. p. 83. t. 5. Penn. quadr. p. 196. Zimmerm. Spec. zool. geogr. 309.

Glouton. Buffon hist. nat. suppl. III. p. 240. t. 48.

Rossumaka. Nieremb. hist. nat. p. 188.

Järf. Genberg act. Stockh. 1773. p. 222. t. 7. 8.

Habitat in Americae, Asiae et Europae terris quam maxime borealibus, rarius in Polonia et Curonia, rarissime in Germania, in montosis praesertim et vastissimis silvis. Coit Januario, parit ut plurimum Mayo pulum 1-3 in abditissimis silvarum; astutus et vorax vietitatem leporibus, muribus, rangiferis, avibus, cadaveribus, etiam piscibus, caseo aliisque cibis; facilmente scandit; homines nunquam sponte adoritur; contra canes foctore horrendo se defendit, post mortem tamen debiliore. Junior cicurari potest. Pellis egregia.

Mele major, plus quam bipedalis, ast gracilior. Artus, quam u. a. breviores crassissimi, robustissimi, villosi, pentadactyli. Cauda cruribus posticis brevior villosa. Mammæ 6. Dentes primores superiores intermedii aequales utroque latere quasi lobati, extimi vero longiores conici robusti, altero latere lobati: Inferiores 6 retuso-truncati, 2 alterni interiores, medii minores, extimi crassiores. Laniarii teretes conici, robustissimi, obtusifuchi, superiores paulo majores, antice remoti, extus rugosi, inferiores utrinque approximati. Molares superiores utrinque 5, inferiores 6: omnes lobati, primo ultimoque minuto.

Anatome. Barth. cent. 4. obs. 30.

17. DI-

17. DIDELPHIS. *Dentes primores minuti rotundati.*

*Superiores X, interme-  
diis 2 longioribus.*

*Inferiores VIII, inter-  
mediis 2 latoribus  
brevissimis.*

*laniarii longi.*

*molares denticulati.*

*Lingua papillis ciliata.*

*Folliculus (plerisque) abdominalis  
mamarum.*

*marsupia-* 1. *D. mammis 8 intra abdomen.* Schreb. Saegrb. III. p. 536.  
lis. t. CXLV.

Philander (amboinensis) atro-spadiceus in dorso, in ventre  
ex albido cinereo flavicans, maculis supra oculos obscure  
fuscis. Briff. quadr. 201.

Philander maximus orientalis. Sch. mus. I. p. 64. t. 39.  
Klein quadr. p. 59.

*Habitat in Surinamo.*

Corpus melis, magnitudo cati majoris aut martis. Nares  
perpendiculares, lunares; vibrissae 5 ordinum longae;  
setae pone oris rectum 8, sub gula 5. Auriculae ovales,  
laxae, atrae, apicibus albis. Dentes molares lobati; an-  
teriores simplices; primi minimi. Tibiae nigrae laeves,  
pilis brevibus. Cauda longitudine corporis.

Philan- 2. *D. cauda basi pilosa, auriculis pendulis, mammis quater-  
der.* Schreber Saegrb. III. p. 541. t. CXLVII.

Philander (brasiliensis) pilis in exortu albis, in extremitate  
nigricantibus vittitus. Briff. quadr. 210.

Tlaquazin f. Tai-ibi brasiliensibus dieta. Sch. mus. I. p. 57.  
t. 36. f. 4.

Faras ou Ravale. Gumilla Orin. 3. p. 238.

*Habitat in omni meridionali America.*

Longitudo corporis 9 pollicum, caudae fere 14 pollicum.

Vibrissae 6 ordinum; margo orbitarum ferrugineus; pe-  
des albidi; caudae pars nuda albida, maculis fusca.

Opos- 3. *D. cauda semipilosa, superciliarum regione pallidiore.*  
sum. Schreb. Saegrb. III. p. 537. t. CXLVI. A. B.

Philander saturate spadiceus in dorso, in ventre flavus, maculis supra oculos flavis. Briff. quadr. 207.

Philander. Seb. mus. I. p. 56. 57. t. 36. f. 1. 2. 3.

Vulpes major putoria, cauda tereti et glabra. Acuare. Puant. Barr. Fr. équin. p. 166.

Simivulpa. Gesn. quadr. p. 870. Aldrov. dig. p. 223.

Tlaquatzin. Hernand. mexic. p. 330.

Tai-ibi Brasiliensibus. Marcgr. brasili. 223.

Carigueia. Marcgr. brasili. 222. Pis. brasili. 323. Tyson act. angl. n. 239. p. 105. Cowper act. angl. n. 290. p. 1565.

Opossum. Catesb. Carol. p. 120.

Sarigue, Opossum. Buffon hist. nat. X. p. 279. t. 45. 46.

Virginian Opossum. Penn. quadr. p. 204. t. 21. f. 1.

molucca. β. D. saturate fusca in dorso.

Philander (orientalis) saturate fusca in dorso, in ventre flavicans, maculis supra oculos flavis. Briff. quadr. 209.

Habitat in Americae calida et temperatori parte, etiam in insulis Antillis; β) in Zeylona, insulis philippinis et moluccis.

Caudae prehensilis ope ab arbore in arborem volvitur, lenti ceterum cursus, et tenacis vitae; grunnit; cicurari potest; femina 4-5 catulos parit, quos marsupio condit pertinacissime. Longitudo circiter pedalis. Caput longius et magis acutum, quam philandro, brevius, quam marsupiali. Auriculae breves rotundatae. Mamme 5-7. Cauda corpore brevior, ad ortum pilosa. Caudae nuda pars albida.

Cayopol- 6. D. cauda corpore longiore, marsupio nullo, orbitarum margine nigro. Schreb. Sacugth. III. p. 544. t. CXLVIII.

Philander (africanus) saturate spadiceus in dorso, in ventre ex albido flavicans, cauda ex saturate spadiceo maculata. Briff. quadr. p. 212.

Cayopollin. Fernand. nov. Hisp. p. 10.

do  
Animal

---

Didelphides Americae potissimum, nunquam Africæ aut Europæ incolæ, in antris silvarum, quæ ipsæ fodunt, et arboreis degunt, quas cædæ quoque prehensilis ope scandunt, tento satis gressu incidentes, avibus, gallinæ, præsertim, insectis, vermis, vegetabilibus quoque vescuntur. Pedes plerisque pentadactyli, fissi, plantarum pollice remoto mutico. Penis maribus absconditus, glande bifida. Marsupium feminis 1-3 abdominalis, quod claudi potest, duobus ossibus firmatum, quæ quoque in maribus adjunt.

Animal caudimanum f. cayopollin. Nieremb. hist. nat.  
p. 158.  
Mus africanus kayopolin dictus mas. Seb. mus. I. p. 49.  
t. 31. f. 3.  
Cayopollin. Buffon hist. nat. X. p. 350. t. 55.  
Mexican opossum. Penn. quadr. p. 208. n. 146.  
Habitat in montosis novae Hispaniae, rostro crassiore, auriculis brevioribus et angustioribus a praecedente et in sequente diversa. Dentes molares superiores utrinque 5.  
Cauda 11 pollicum, albida, spadicea maculata, ad ortum pilosa. Corpus 6 pollices longum.

46. murina. 4. D. cauda semipilosa, mammis senis. Amoen. ac. I. p. 279.  
Mus. Ad. Fr. 2. p. 8. Schreber Saugthiere, III. p. 545.  
t. CXLIX.  
Philander (americanus) saturate spadiceus in dorso, in ventre dilute flavus. Briss. quadr. p. 211.  
Philander mammis extra abdomen, cauda longissima tereti nuda, corpore longiore. Gronov. zoophyl. I. p. 9. n. 33.  
Mus sylveticus americanus mas, scalopes dictus. Seb. mus. I.  
p. 48. t. 31. f. 1. 2.  
Marmole. Buffon hist. nat. X. p. 335. t. 52. 53.  
Habitat in America australi.  
Longitudo corporis perinde ac caudae 6 pollicum. Vibrissae 6 ordinum, capite breviores, infimo ordine albo, ferrugineae. Dorsum convexum una cum vertice ferrugineum. Ungues acutissimi. Mammae circiter 7, cylindricae.
- dorsigera. 5. D. cauda basi pilosa corpore longiore, digitis manuum multicis. Schreber Saugth. III. p. 546. t. CL.  
Philander (surinamensis) ex rufo helvus in dorso, in ventre ex flavo albicans. Briss. quadr. p. 212.  
Genus gliris sylveticus. Merian. inf. sur. p. 66. t. 66.  
Mus seu forex sylveticus americanus. Seb. mus. I. p. 49. t. 31.  
f. 4. 5.  
Glis sylveticus americanus cum catulis suis. Seb. mus. 2. p. 90.  
t. 84. f. 4.  
Philandre de Surinam. Buffon hist. nat. XV. p. 157.  
Merian opossum. Penn. quadr. p. 210. n. 149.  
Habitat in Surinamo, in antris infra terram effossis; femina parit 5–6 pullos, quos instante periculo in dorso gerit, caudis maternae cirrhi instar circumvolutis.

Magni-

Magnitudo *Ratti*; orbitae margine fuso; cauda albida, maris maculis fuscescentibus praelonga, nuda; palmarum unguis obtusis, plantarum acuti. Auriculae nitidae, nudae. An eadem cum murina?

cancrivo- 7. D. cauda squamosa fere calva, corpus prope aequante, plantarum ungue pollicari plano.

Crabier. *Buffon hist. nat. suppl.* III. p. 272. t. 54.

Habitat in Cayennae paludosis, interdiu in rhizophoribus, canceris brachyuris vicitat, porcelli instar grunniunt, pinguiscit, et cicuratur; femina in cavis arboribus 4-5 pullos parit.

Longitudo fere 17 pollicum. Pili instar lanae crassi, intersitis tamen setis, quae a medio dorso ad caudam usque jubae fuscae speciem constituant. Caput, humeri, column, crura ex flavo rubent, latera et abdomen flavescent; pedes ex fuso nigri. Margo orbitarum niger. Auriculae breves, ovales, calvae.

brachyu- 8. D. cauda pilosa et auriculis calvis brevissimis, marsupio nullo, corpore rufo. Schreber *Saeugthiere*, III. p. 548. t. CLI. Pallas aet. ac. Petrop. pro ann. 1780. II. p. 235. t. V.

Philander obscure rufus in dorso, in ventre helvus, cauda brevi et crassa. Briff. *quadr.* p. 213.

Philander mammis extra abdomen, cauda brevi crassa pilosa. Gronov. *zoophil.* I. p. 9. n. 35.

Muris filivestris americani femina. Seb. *muf.* I. p. 50. t. 31. f. 6.

Short-tailed opossum. Penn. *quadr.* p. 208. n. 147.

Habitat in Americae australis silvis. Femina 9-10 pullos parit.

Longitudo corporis a 3 pollicibus et 2 lineis ad 5 pollices, et 6 lineas, caudae ab 1 pollice et 8 lineis ad 2 pollices et 4 lineas. Capite accedit ad D. Cayopollin; rostrum minus productum quam D. Opossum, minus acutum, quam D. murinae, cui tamen reliquo corpore, marsupii defectu, pene posse infra scrotum exferendo satis similis est. Cauda a crassa basi sensim attenuata; vellus mollissimum, nitidum, per latera capit is et trunci pulcherrime rufum.

orienta- 9. D. cauda ad medium fere pilosa, prehensili, corpore longiore, folliculo abdominali, plantarum digitis duobus intermediis coadunatis. Pallas *misc. zoolog.* p. 59. Erxleb. *mamm.* p. 79. Schreber *Saeugth.* III. p. 550. t. CLII.

Sut-

- Surinam opossum. *Penn. quadr.* p. 209. n. 148.  
 Coescoes. *Valent. ind.* 3. p. 272.  
 Phalanger. *Buffon hist. nat.* XIII. p. 92. t. 10. II.  
*Habitat in insulis Moluccis, forsan quoque in nova Hollandia. Comedendi modo et voce ad scurum accedit, per quam timida; feminae 2-4 mammae, tot etiam pulli.*  
*Capite magis convexo, rostro magis robusto, auriculis et pedibus brevioribus, unguibus longioribus et magis curvatis diversa.*
- Brunii. 10. D. cauda brevi calva, pedibus posticis longioribus tridactylis. *Schreber Saugth. III. p. 551. t. CLIII.*  
 Filander. *le Brun voy. I. p. 347. f. 213.*  
*Habitat in - - - Capite vulpem refert, magnitudine et pilis leporem, pedibus dipodem, folliculo abdominali didelphidem.*
- gigantea. 11. D. cauda longa crassa, pedibus posticis triplo fere longioribus, tridactylis. *Schreber Saugthiere, III. p. 552. t. CLIV.*  
 Känguruh. *Hawkesworth voy. 3. p. 174. t. 51.*  
*Habitat in nova Hollandia; salit, fodit, comedit instar dipodis, a quo tamen dentibus mire differt; hi enim sunt didelphidis. Adultum animal ovem magnitudine aequat; color ex flavescente cinereus; caput magis obtusum, quam alii didelphidis speciebus; auriculae longae; truncus anterius gracilis, posteriorius torosus; palmarum unguis atro-nitidi; plantarum digitus mediis prominens.*
- macro-tarsus. 12. D. cauda gracili nuda apice subfloccosa, plantarum talis elongatis nudis ungue pollicari plano. *Schreber Saugth. III. p. 554. t. CLV.*  
 Tarfier. *Buffon hist. nat. XIII. p. 87. t. 9.*  
 Woolly Jerboa. *Penn. quadr. p. 298. n. 225.*  
*Habitat - - - Inter lemures, dipodes, et didelphides ambiguum animal mure domesticum paulo major dentibus recedit ab omnibus aliis mammalibus; habet enim primores acutos in utraque maxilla binos, laniarium utrinque unum, superiores breves, inferiores longos; molares utrinque 6. Pedibus calvis manuum ad instar uritur. Pili crassi, molles, longi, basi ex atro cinerea, apice ferrugineo; caput rotundum; rostrum breve et acutum; auriculae longae, tenues, calvae; cauda praelonga; pedes posteriores anterioribus multo longiores.*

18. TAL-

**18. TALPA.** *Dentes primores inaequales superiores VI,  
inferiores VIII.  
laniarii I. superiores mayores.  
molares superiores VII.  
inferiores VI.*

**europaea.** I. *T. canda brevi, pedibus pentadactylis.* ErxL mamm. p. 114.  
Schreber Saeugth. III. p. 558. t. CLVI.

*Talpa caudata, pedibus pentadactylis.* Syft. nat. XII. p. 73.  
Fn. suec. 23.

*Talpa caudata nigricans, pedibus anticis et posticis pentadactylis.* Briff. quadr. 204.

*Talpa caudata.* It. scan. 332.

*Talpa.* Gesn. quadr. 931. Aldr. dig. 45. Raj. quadr. 236.

*Taupe.* Buffon hist. nat. VIII. p. 81. t. 12. suppl. III. p. 193.  
t. 32. Gautier observ. 1. part. 3. p. 155. t. B.

*Mole.* Penn. quadr. p. 311. n. 241.

**variegata.** β. *pelle maculis albis varia.* Briff. quadr. 205.

*Talpa maculata oostfrisia.* Seb. mis. I. p. 68. t. 41. f. 4.

*Spotted mole.* Edw. glean. 2. p. 122. t. 268.

**alba.** γ. *pelle alba.* Briff. quadr. 205. Seb. mis. I. p. 51. t. 32.  
f. 1.

**flava.** δ. *pelle flava.* Penn. quadr. p. 311. n. 241. β.

**cinerea.** ε. *pelle cinerea.* Hübch Naturf. 3. p. 98.

*T. cinerea palmis angustioribus.* Richter Abhandl. über die  
phys. Beschaff. von Boehmen. Prag et Dresd. 1786. 4.  
p. 82.

*Habitat in omnis Europae, borealis quoque Asiae et Africæ  
apricis humosis, evertens prata hortosque; vicitans  
lumbricis et larvis, nec plantis; expellitur ricino, opti-  
me aquatione, quamvis ex locis inundatis in arbores fu-  
giat; hybernat; pellis delicatula, pilis molibus, subtili-  
bus,*

---

*Talpæ infra terram degunt, tubos cylindricos fodunt, vermis potissimum visitant.  
Caput crassum rostratum. Oculi minimi terti; auriculae nullæ. Corpus cras-  
sum. Pedes breves. Palmae latae, magnæ, breviores, quam plantæ, et ungu-  
bus longioribus instrudat.*

*bus, dense appressis; coit vere pene omnium longissimo,  
ut videtur monogama; femina parit pullos 4-5.*

Anatome. E. N. C. d. 1. a. 2. obs. 51. et d. 2. a. 1. obs. 130.

Sepultura. Gleditsch oper. miscell. 3. n. 5.

Paulinus C. F. Talpa. Francof. 1689.

*de la Faile Naturgesch. des Maulwurfs. Francof. 1778.*

longicau. 3. T. cauda mediocri, pedibus pentadactylis posticis squamo-  
data. *Erxleb. mamm. p. 118.*

Long-tailed mole. Penn. quadr. p. 314. n. 244. t. 28.  
f. 2.

*Habitat in America boreali, externa facie ad europaeam ac-  
cedens, differt tamen cauda longiore biplicari, et pilo  
spadiceo; plantis squamosis parum pilosis, unguibus lon-  
gioribus; corpus 4-6 pollices longum.*

rubra. 4. T. cauda brevi, palmis tridactylis, plantis tetradactylis.  
*Erxl. mamm. p. 119.*

Talpa (americana rufa) caudata ex dilute cinereo rufa, pe-  
dibus anticis tridactylis, posticis tetradactylis. Briff.  
quadr. p. 206.

Talpa rubra americana. Seb. mus. I. p. 51. t. 32. f. 2.

Red mole. Penn. quadr. p. 315. n. 246.

*Habitat in America, europaea satis similis, paulo tamen  
major, cauda initio crassior.*

asiatica. 2. T. ecaudata, palmis tridactylis.

Talpa aurea. Schreber Saeugth. III. p. 562. t. CLVII.

Talpa (sibirica aurea) ecaudata ex viridi aurea, pedibus an-  
ticis tridactylis, posticis tetradactylis. Briffon quadr.  
p. 206.

Talpa fibericus versicolor, Aspalax dictus. Seb. mus. I. p. 51.  
t. 32. f. 4. 5.

Siberian mole. Penn. quadr. p. 313. n. 242.

*Habitat in capite bonae spei. Pallas.*

*Rostrum brevius, quam europaea; nares calvae. Pili fus-  
ci, ut tamen aureo nitore in virorem et rubedinem  
vergant.*

19. SOREX. *Dentes primores superiores II longi bifidi.*

*inferiores II--IV; intermedii brevioribus.*

*laniarii utrinque plures.*

*molares cuspidati.*

*cristatus.* 1. *S. naribus carunculatis, cauda brevi.*

Radiated mole. *Penn. quadr. p. 313. n. 243. t. 28. f. 1.*

*Habitat in America boreali, facie externa et rostri longitudo ad talpam accedens, radicibus vicinitate.*

*Pili breves, teneri, dense appressi, atri, palmis niveis, plantis squamosis. Dentes primores inferiores 4, laniarii utrinque 4. Nares singulæ caruncula stellato-palmata radiis 10 s. 15 subulatis nudis, ut in erinaceo; cauda subnuda concolor vix ultra 1½ pollicem longa; corpus ipsum fere 4 pollicum.*

*minutus.* 2. *S. rostro longissimo, cauda nulla.* Schreber *Saeugth.* III. p. 178. t. CLXI. B.

*Sorex (pygmaeus) rostro longissimo, pedibus pentadactylis, cauda nulla.* Laxmann *sibir. Brief.* p. 72.

Minute shrew. *Penn. quadr. p. 108. n. 237.*

*Habitat in Sibiria, in dumetis humidinusculis sub arborum radicibus, nido e lichenibus concocto; colligit semina; cito currit et fodit; mordet; sonus vespertilionis.*

*Post exilem omnium mammalium minimum, 3½ ponderis, pilis tenuerrimis nitidum, griseum, subtus albicans. Caput magnitudine fere corporis: rostro attenuato, subtus exarato. Myctaces oculos attingentes. Oculi parvi, retraffi. Auriculae dilatatae breves nudae. Pedes 5-5.*

*aquaticus.* 3. *S. plantis palmatis, palmis caudaque breviore albis.* Schreber *Saeugth.* III. p. 566. t. CLVIII.

*Talpa virginianus niger.* Seb. *mus.* I. p. 51. t. 32. f. 3.

Brown mole. *Penn. quadr. p. 314. n. 245.*

*Habitat in America boreali.* P. Kalm.

*Statura cristata, vel talpae. Pili nitidi, obscure cinerei, apice fusi. Corpus 5, cauda 1 pollicem longum. Dentes primores inferiores 4.*

6. S.

- moscha- 6. S. pedibus palmatis, cauda compresso-lanceolata. *Pallas*  
tus. *tr. I. p. 156.* *Lepechin it. I. p. 178. t. 13.* *Erxl. mamm.*  
*p. 127.* *Schreber Saeugth. III. p. 567. t. CLIX.*
- Castor (moschatus) cauda longa compresso-lanceolata, pe-  
dibus palmatis. *Syst. nat. XII. I. p. 79.* *Fn. succ. p. II.*  
*n. 28.*
- Castor (mus moschiferus) cauda verticaliter plana, digitis  
omnibus membrana inter se connexis. *Briss. quadr. p. 92.*
- Mus aquaticus. *Clus. exot. p. 375.* *Jonst. quadr. p. 169.*  
*t. 73.*
- Mus aquatalis. *Aldrov. dig. p. 447. fig. p. 448.*
- Mus aquaticus exoticus. *Raj. quadr. p. 217.* *I. G. Gmelin*  
*nov. comm. Petrop. IV. p. 383. fig. V. tab. 13.*
- Desman. *Buff. hist. nat. X. p. I. t. I.* *Güldenstedt berolin.*  
*Naturfr. Besch. III. p. 107. t. 2.*
- Long nosed beaver. *Penn. quadr. p. 260. n. 192.*
- Bilamraze. *S. G. Gmelin it. I. p. 28. t. 3. 4.* *Güldenstedt*  
*Besch. der berl. naturf. Fr. III p. 107. t. 2.*
- Habitat in regionibus Wolgae et Tanai interiacentibus inter  
50 et 57<sup>num</sup> latitudinis gradum ad lacus, in quorum ri-  
pis antra sibi fodit, quorum introitus sub ipsa aqua; vic-  
titat acoro.
- Maximo criceto major; caput talpino simile; rostrum valde  
mobile, cartilagineum. *Myctaces albidae* 12 ordinum.  
Oculi minimi. Auriculae nullae. Truncus planus, prae-  
ter cutem panniculo carnoso obductus. Pellis castoris.  
Pedes calvi, supra squamosi, cum cauda nigricantes.  
Dentes priores inferiores 4, laniarii utrinque 6, mola-  
res superius 4, inferius 3. Ad initium caudae folliculi  
7-8 tela cellulosa conjuncti, flavescentes, ex quibus ma-  
teria fluida flavescens, penetrantissimo odore Zibethum si-  
mulans prodit, cuius singula animalia scrupulum circi-  
ter continent.
- fodiens. 7. S. cauda medioeri subnuda, corpore nigricante subtus ci-  
nero, digitis ciliatis. *Erxleb. mamm. p. 124.* *Schreber*  
*Saeugth. III. p. 571. t. CLXI.*
- Mufaraneus dorso nigro ventreque albo. *Merret. pin.*  
*p. 167.*

Mus-

Sorices capite ad talpas, reliquo habitu ad mures accidunt; fodiant, et ut plurimum in-  
festis vermisque visitant; sub terra, quaedam species ad aquas habitant; cor-  
pus crassum, pedes pentadactyli; caput productum, conico rostro terminatum.  
Oculi minimi.

H

Musaraigne d'eau. *Buffon hist. nat.* VIII. p. 64. t. II. f. I.  
Watershrew. *Penn. quadr.* p. 308. n. 236.

*Habitat in Anglia, Burgundia, Germania, Borussia, Siberia ad fontes et rivos, araneo ravior; natat; femina 10 mammis instruta vere parit 9 pullos.*

*Corpus tres, cauda ultra duos pollices longa; rostrum apex, quam in araneo, latior; pedes longiores; dentes primores inferiores 2, laniarii 2, molares 4.*

marius. 4. S. cauda mediocri, corpore fusco, pedibus caudaque cinereis.

*Habitat in Java.*

*Corpus magnitudine muris musculi. Rostrum elongatum subitus canaliculatum, cinereum vibrissis longis. Auriculae rotundatae nudiusculae. Dentes primores 2 acuti, paralleli. Pedes pentadactyli, unguiculati. Cauda corpore paulo brevior minus pilosa.*

Araneus. 5. S. cauda mediocri, corpore subtus albido. *Fn. suec.* 24. *Schreb. Saength.* III. p. 573. t. CLX.

*Musaraneus supra ex fulvo rufus, infra albicans. Briff. quadr. p. 126.*

*Mus araneus. Gesu. quadr. p. 747. Aldrov. dig. p. 441. fig. p. 442. Jonston quadr. p. 168. t. 66. Raj. quadr. p. 239.*

*Musaraigne. Buffon hist. nat. VIII. p. 57. t. 10. f. 1.*  
*Foetid shrew. Penn. quadr. p. 307. n. 235.*

*Habitat in omni Europa et boreali Asia, in acervis lapidum, circa pagos in terra, fimetis, stabulis, horreis, humidis habitaculis, ad aquas, granis etiam vicinitat; moschi odore infecta praesertim catis, qui occidunt quidem, sed non comedunt; cursus lentior, quam muri musculo; vox subtilis sibilans; vere et aestate femina parit 5-6 pullos.*

*Longitudo nunquam tres pollices, pondus vix 3 drachmas superat. Dentes, ut in fodiente.*

surina- 8. S. cauda corpore dimidio breviore, corpore supra spadiceo, mensis. infra ex albo cinereo flavescente.

*Habitat in Surinamo.*

*Auriculis ad araneum, magnitudine corporis, capite, rostro, dentibus, oculis, pedibus ad fodientem proprius accedit. Cauda brevissimis pilis dense appressis tecta, supra cinerea, infra albida; os album.*

9. S.

- I. pusillus. 9. *S. auriculis rotundatis, cauda brevi subdisticha.* Erxleb.  
Sibi- mamm. p. 122. S. G. Gmelin it. 3. p. 499. t. 75. f. 1.  
ta IO Habitat in borealis Persiae desertis in antris, quae ipse  
apex, pri- fodit.  
fodit. Denibus ad araneum accedit, cetera propius ad surinamen-  
cine- jem, paulo tamen major, ut  $3\frac{1}{2}$  pollices longitudine ae-  
atum quat. quet. Color dorfi obscure griseus, ventris cinereus.
- ricu- brasiliensis. 10. *S. fuscus, dorso striis tribus nigro.* Erxleb. mamm. p. 127.  
tici- Mularaneus figura muris. Maregr. brasili. p. 229.  
tut, Mularaigne de Bréfil. Buffon hist. nat. XV. p. 160.  
cor- Brasiliian shrew. Penn. quadr. p. 309. n. 239.  
• 24. Habitat in Brasilia, minus timida, ut ipsum catum non ti-  
uadr. meat. Longitudo corporis 5, caudae 2 pollices aequat.
441. exilis. 11. *S. minimus, cauda crassissima tereti.*  
uadr. Habitat in Sibiria, ad fluvium Jenisei; omnium mammalium  
dum, minimus, ut drachmam dimidiam pondere non superet;  
nidis color magis in fuscum vergit, quam in araneo.

20. ERINACEUS, Dentes primores superiores II. di-  
stances.

- inferiores II. approxi-  
mati.  
*laniarii* superiores utrin-  
que V.  
inferiores utrinque III.  
*molares* utrinque supra et  
infra IV.

Dorsum spinis tectum.

- europae- 1. *E. auriculis rotundatis, naribus cristatis.* Fn. suec. p. 8.  
us. n. 22. Schreber Saugthiere, III. p. 580. t. CLXII.  
Erinaceus auriculis erexitis. Briss. quadr. p. 128.  
Erinaceus parvus nostras. Seb. mus. I. p. 78. t. 49. f. 1. 2.  
Echinus terrestris. Gesn. quadr. p. 368. Aldrov. dig. p. 459.  
Jonst. quadr. p. 171. t. 68. Raj. quadr. p. 231.  
Hérisson. Buffon hist. nat. VIII. p. 28. t. 6.  
Common Hedge-hog. Penn. quadr. p. 316. n. 247. t. 28.  
f. 3.  
Igl. Knorr delic. tom. II. tab. H. f. 3.

H 2

Habi-

*Habitat in Europae, frigidissima tamen excepta, (etiam ad Jaici superioris ripas, in deserto Kirgisico, et aliis regionibus apriis Sibiriae australioris) dumetis et sepiibus, nidificans e musco, in fruticibus hibernans, nocturnus; viellitans busonibus, vermicibus, coleopteris, caneris, conchis, fructibus, aviculis, cadaveribus; muscos fodit; natat facile; monogamus incedit; meticolosus iratusque in globum decussatis spinis se contrahit; compressis pedibus ejulat; ambroficus; Calmuccis loco felis domesticus. Femina, 5 mammis, tribus pectoralibus, 2 abdominalibus instructa, vere coit, et initio aestatis 3-5 pullos parit. Caro non esculenta.*

*Longitudo 10 circiter pollicum. Rostrum acutum; labium superius fissum. Auriculae latae, breves, pilosae; oculi parvi et nigri. Praeputium propendens. Pili capitis ex albido fulvi, albis mixti, colli, pedum, spinis interstiti fulvi, caudae obscuriores, gulae ex albo cinerei, pectoris et ventris iidem, sed fulvis mixti: Spinae utroque fine ex flavescente cinereae, medio fuscae.*

inauris. 2. E. auriculis nullis. *Briß. quadr. 184.*

*Erinaceus americanus albus. Seb. mus. I. p. 78. t. 49. f. 3.*

*Habitat in America, modo non varietas prioris.*

malaccensis. 3. E. auriculis pendulis. *Briß. quadr. 183.*

*Hystrix brachyura. Syſt. nat. X. I. p. 57.*

*Poreus aculeatus f. Hystrix malaccensis. Seb. mus. I. p. 81.*

*t. 51. f. 1.*

*Habitat in Asia; ex hoc pretiosus lapis f. piedra del porco.*

*Facies cum Briſſono ſuadent erinaci Speciem; an vere distincta hujus hystricisne species?*

auritus. 4. E. auriculis ovalibus longis, naribus criftatis. *Pallas nov.*

*comment. Petropol. XIV. p. 573. t. 21. f. 4. S. G. Gmelin nov. comm. Petrop. XIV. p. 519. t. 16. Schreb. Saeugthiere, III. p. 582. t. CLXIII.*

*Habitat ad fluviorum Wolgae et Uralis partem inferiorem, etiam orientem versus ultra lacum Baikal, europaeo moribus et habitu satis ſimilis, paulo tamen minor, oculis paulo majoribus, mystacum & ordinibus, pedibus paulo longioribus et gracilioribus, cauda breviore, conica, annulata, et fere calva, pilis tenerioribus. Femina ad 7 pullos, aliquando bis per annum parit.*

5. E.

- m ad  
ion-i  
nid-i  
vielli  
chis,  
tata  
glo-  
eju-  
Fe-  
libus  
arit.*
- pium  
oculi  
is ex  
erfitti  
toris  
ie ex  
3.*
- 81.  
co.  
e di-  
  
nov.  
ime-  
eug-  
rem,  
mo-  
culis  
aulo  
an-  
id 7  
. E.*
- setosus. 5. E. auriculis brevioribus, occipite fatis testo, cauda brevif-  
sima spinosa. Schreber Saenugth. III. p. 583. t. CLXIV.  
Tendrac. Buff. hist. nat. XII. p. 438. t. 57.  
Petit Tendrac de Madagascar. Sonner. it. 2. p. 146. t. 93.  
Habitat in Madagascar, forsan et in India, europaeo et au-  
rito minor, ut longitudo vix 6 polices aequet; rostrum  
tamen longius, mystaces longae; pedes breves; spinae al-  
bidae, medio ex custaneo rubicundae; pili albi. An for-  
san idem cum inauri?*
- ecauda-  
tus. 6. E. cauda nulla, rostro longissimo acuto. Schreber Saenugth.  
III. p. 584. t. CLXV. CLXV\*.  
Tanrec, et le jeune Tanrec. Buffon hist. nat. XII. p. 438.  
t. 56. et suppl. III. p. 214. t. 37.  
Habitat in Madagascar, priori longior, ut 8 pollices fere  
aequet. Os oculique parvi; auriculae rotundatae, longio-  
res tamen, quam setoso; spinis medio nigris, cetera fla-  
vescentibus modo teguntur vertex, occiput, collum hume-  
rique, reliqua dorsi pars setis longis, ejusdem coloris,  
ut tamen albae et nigrae intercurrant. Pili flavescentes,  
pedum fulvi.*

## IV. GLIRES.

*Dentes primores bini supra et infra approximati, a molaribus remoti.  
laniarii nulli.*

21. HYSTRIX. *Dentes primores II oblique scissi.  
molares VIII.*

*Digiti pedum IV - V.*

*Corpus spinis pilisque tectum.*

*cristata.* 1. *H. palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, capite cristato, cauda abbreviata.* S. G. Gmelin it. III. p. 107. t. 21. Schreber Saeugth. IV. p. 599. t. CLXVII.

*Hystrix capite cristato.* Briss. quadr. 125.

*Hystrix orientalis cristata.* Seb. mus. I. p. 79. t. 50. f. 1.

*Hystrix.* Gesn. quadr. p. 563. Aldrov. digit. p. 471. fig. p. 474. Jonst. quadr. p. 163. t. 68. Raj. quadr. p. 206.

*Porc-epic.* Buff. hist. nat. XII. p. 402. t. 51. 52.

*Crested porcupine.* Penn. quadr. p. 262. n. 193.

*Stachelschwein.* Ridinger kl. Th. t. 90.

*Stachelschwein mit dem Kopfbusch aus Africa.* Knorr delic. II. tab. K. II. f. 2.

*Habitat in Asiae australioris, Africæ, Hispaniae, Italiae antris, quæ ipsa fodit, amplis, et in multas cameras partitis, unico tamen introitu; noctu vietum quaerit in fructibus, radicibus, herbis, buxo praesertim deleactata; hostibus infestata in globum se contrahit; femina vere 2-4 pullos parit, qui facile curcitantur.*

*Longitudo aliquando 2 pedes superat; caput elongatum, compressum; rostrum breve obtusum; labium superius ad nares usque fissum; oculi parvi, nigri; auriculae ovales, latae, breves; cauda conica; pedes breves, crassi. Pili spinis intersticiinere; spinae ipsæ longæ, robustæ, laeves, nigro et albido annulatae, quas animal, prout longissimas illas et robustas nuchæ fetas, musculi subcutanei vi erigere et reclinare valet. Cystis sellæ non raro lapidem porcinum continet. Caro esculenta.*

*prehensi-* 2. *H. pedibus tetradactylis, cauda elongata prehensili seminulis.* Schreber Saeugth. IV. p. 603. t. CLXVIII.

Hystrix

*Hystrix (americanus) cauda longissima tenui, medietate extrema aculeorum experite.* *Briss. quadr. 129.*

*Hystrix americanus, Cuandu Brasiliensisibus, Lusitanis Ourico cachieno.* *Marcgr. brasil. p. 233.* *Jonst. quadr. p. 60.*  
*Raj. quadr. p. 208.*

*Hystrix minor leucophaeus.* *Barrer. Fr. équin. p. 153.*  
*Cuandu.* *Pif. Ind. p. 99.*

*Coendou.* *Buffon hist. nat. XII. p. 418. t. 54.*  
*Brasilian Porcupine.* *Penn. quadrup. p. 264. t. 24. f. 1.*

*β. Hystrix americanus major.* *Briss. quadr. p. 131.*  
*Hystrix longius caudatus, brevioribus aculeis.* *Barrer. Fr. équin. p. 153.*

*Cuandu major.* *Pif. Ind. p. 324. f. p. 325.*

*γ. Hystrix (novae Hispaniae) aculeis apparentibus, cauda brevi et crassa.* *Briss. quadr. 127.*  
*Hoitztlacuatzin, seu Tlacuatzin spinosus, hystrix novae Hispaniae.* *Hernand. mexic. p. 322.*

*Hoitztlacuatzin.* *Nieremb. hist. nat. p. 154.*

*Habitat in Brasiliæ, Guianaæ et novae Hispaniae silvis; arboreos scandit, earumque fructibus, nec non aviculis viciatur; grunxit instar suis; contrahitur in globum; interdiu dormit; cicurari potest; caro edulis.*

*Longitudo corporis tribus fere pollicibus pedem superat; caudæ 7 pollices aequat.*

*dorsata.* *3. H. palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, dorso solo spinoso.* *Schreber Saugth. IV. p. 605. t. CLXIX.*

*Hystrix (Hudsonis) aculeis sub pilis occultis, cauda brevi et crassa.* *Briss. quadr. p. 128.*

*Hystrix pilosus americanus.* *Catesb. Carol. app. p. 30.*

*Cavia Hudsonis.* *Klein quadr. p. 51.*

*Porcupine from Hudson's bay.* *Edw. av. I. p. 52. t. 52.*

*Urson.* *Buff. hist. nat. XII. p. 426. t. 55.*

*Habitat in Canada, nova Anglia, sinu Hudsonis, nova terra; fodiendo infra radices arborum degit, eas adscendit, earumque fructibus et cortice, praesertim juniperi viciatur; aquam lambit canis instar, ejusque loco hieme comedit nivem.*

*Corpus ferrugineum.* *Cauda apice subtus alba.* *Aculei inter pilos occultati.*

*macrou- ra.* *4. H. pedibus pentadactylis, cauda longissima, aculeis clavatis.* *Schreber Saugth. IV. p. 607. t. CLXX.*

*Hystrix (orientalis) cauda longissima aculeis undique obsita, in extremo paniculata.* *Briss. quadr. 131.*

H 4 Por-

*Porcus aculeatus silvestris seu hystrix orientalis singularis.*

*Seb. mus. I. p. 84. t. 52. f. 1.*

*Hystrix. Bont. jav. 54.*

*Habitat in insulis oceanani indiei in silvis.*

*Auriculae breves, calvae; cauda longitudine corporis apice fasciculo pilorum longorum nodosorum argenteorum coronata. Corpus breve torosum. An forsan hujus varietas *Hystrix torosa*, descripta a Cl. Merrem, apud Leske Magaz. zur Naturk. und Oekonomie 1786. fasc. II. p. 197. 198.*

**CAVIA.** *Dentes primores II cuneati.  
molares VIII.*

*Digiti plantarum III--V.  
palmarum IV--V.*

*Cauda abbreviata aut nulla.  
Claviculae nullae.*

**Paca.** I. *C. caudata*, pedibus pentadactylis, lateribus flavescente-lineatis. *Erxl. mamm. p. 356. n. 7. Schreber Saegtb. IV. p. 609. t. CLXXI.*

*Mus (Paca) cauda abbreviata, pedibus pentadactylis, lateribus flavecente-lineatis. Syst. nat. XII. I. p. 81. n. 6.*

*Cuniculus (Paca) caudatus auritus, pilis obscure fulvis rigidis, lineis ex albo flavescentibus ad latera distinctis. Briss. quadr. p. 144. n. 4. Gronov. zooph. I. p. 4. n. 15.*

*Cuniculus minor palustris, fasciis albis notatus, Pak. Barr. Fr. équin. p. 152.*

*Mus brasiliensis magnus porcelli pilis et voce Paca dictus, Raj. quadr. p. 226.*

**Paca.** *Maregr. bras. p. 224. Pis. ind. p. 201. Jonst. quadr. t. 63. Buffon hist. nat. X. p. 269. t. 43. suppl. III. p. 203, t. 35.*

*Laubba. Bancroft Guian. p. 76.*

*Spotted Cavy. Penn. quadr. p. 244. n. 178.*

*Habitat in Guiana, Brasilia, et omni forsan calidore America ad fluvios, ad quos antra fodit mundissima, tribus singula, per quos evadere possit, cuniculis instrueta; pingueſcit et junior cicurari potest; femina non nisi unum pullum parit. Caro sapida.*

*Longitudo circiter bipedalis; corpus supra fuscum, seriebus quinque macularum albarum fere coadunatarum ad latera insigni-*

ularis.  
apice  
coro-  
rietas  
e Ma-  
197.  
*insignitum; collum, pedes et abdomen sordide alba; oculi magni fusci; auriculae ovatae, tectae, minus acutae; verruca superciliorum, temporum, gulæ; collum breve, cauda non nisi 2-3 lineas longa; pedes posteriores, inter quos mammae 2 jacent, anterioribus longiores.*

- Acouchy. 2. *C. caudata*, corpore olivaceo. Erxl. mamm. p. 354. Schreb. Saeugth. IV. p. 612. t. CLXXI. B. *Cuniculus minor caudatus olivaceus*, Akouchy. Barr. Fr. équin. p. 153. Acouchy. Buffon hist. nat. XV. p. 58. Suppl. III. p. 211. t. 36. Olive Cavy. Penn. quadr. p. 246. n. 180. *Habitat in Guianæ silvis, Aguti similis, cuniculo semestri aequalis; et tum colore, tum cauda longiore ab Aguti distincta. Facile curatur; femina 1-2 pullos parit. Caro edulis.*

- Aguti. 3. *C. caudata*, corpore ex rufo fuso, abdomine flavescente. Erxleb. mamm. p. 353. Schreber Saeugth. IV. p. 613. t. CLXXII. *Mus (Aguti) cauda abbreviata, palinis tetradaëtylis, plantis tridaëtylis, abdomine flavescente*. Syß. nat. XII. I. p. 80. n. 2. *Cuniculus (Aguti) caudatus auritus, pilis ex rufo et fuso mixtis rigidis vestitus*. Briff. quadr. p. 143. Gronov. zooph. I. p. 4. n. 14. *Mus major fuscocinerascens, cauda truncata*. Brown. jam. p. 484. *Mus filvestris americanus, cuniculi magnitudine, porcelli pilis et voce*. Raj. quadr. p. 226. *Cuniculus omnium vulgatissimus, Aguti vulgo*. Barr. Fr. équin. p. 153. *Aguti vel Acuti Brasiliensibus*. Marcgr. brasili. p. 224. Pif. brasili. p. 102. Jonst. quadr. t. 63. *Agouti*. Buffon hist. natur. VIII. p. 375. t. 50. Linn. Act. Holm. 1768. p. 27. *Long nosed cavy*. Penn. quadr. p. 245. n. 179.

- leporina. β. *C. caudata*, corpore supra rufo subtus albo. Erxl. mamm. p. 355.

---

*Caviae, inter mures et cuniculos quasi mediae saliendo lente currunt, non scandunt, in arboribus cavis, aut sub terra degunt, vegetabilibus videntur.*

**Mus (leporinus)** cauda abbreviata, palmis tetradactylis, plantis tridactylis abdomine albo. *Syst. nat. XII. I. p. 80. n. 3.*  
**Cuniculus (javensis)** caudatus auritus rufescens, fulvo admixto. *Briff. quadr. p. 142.*  
**Java hare.** *Catesb. carol. app. t. 18.*  
**Java cavy.** *Penn. quadr. p. 246. n. 181.*

**america-** *y.* **Cavia.**

**na.** **Cuniculus (americanus)** caudatus auritus pilis rufis rigidis vestitus. *Briff. quadr. p. 144.*  
**Cuniculus americanus.** *Seb. mis. I. p. 67. t. 41. f. 2.*  
*Habitat in Brasilia, Guiana, insulisque Antillis in arboribus cavis, aut antris, quae ipsa fodit; interdiu vietum quaerit ex vegetabilibus, quae colligit et asservat, pedibusque posterioribus infidens anterioribus ori admoveat; salit potius, quam currit; celeriter crescit; facile cicuratur; coit per totum annum; femina 3 - 5 pullos parit. Caro eadem, quae leporis cuniculi.*  
*Longitudo circiter sesquipedalis. Cauda conica calva, brevissima. Pedes subpalmati.*

**Apera.** **4. C. ecaudata,** corpore ex cinereo rufo. *Erxleb. mamm. p. 348.*  
**Cuniculus (brasiliensis)** ecaudatus auritus ex cinereo rufus. *Briff. quadr. p. 149. n. 8.*  
**Cuniculus brasiliensis,** Apera dictus Marcgr. *Raj. quadr. p. 206.*  
**Cuniculus indicus femina.** *Aldrov. dig. p. 393.*  
**Apera Brasiliensis.** *Marcgr. bras. p. 223. Jonst. quadr. t. 63. Piso brasil. p. 103. Buffon hist. nat. XV. p. 160.*  
**Rock cavy.** *Penn. quadr. p. 244. n. 177.*  
*Habitat in Brasiliac rupestrium antris. Caro sapida. Color dorfi, qualis in lepore timido; auriculae breves. Palmae tetradactylae. Plantae tridactylae.*

**Cobaya.** **5. C. ecaudata ex albo et rufo vel nigro variegata.** *Schreber Saeugth. IV. p. 617. t. CLXXXIII.*  
**Mus (Porcellus)** cauda nulla, palmis tetradactylis, plantis tridactylis. *Syst. nat. XII. p. 79. n. 1. Mus. Ad. Fr. p. 9. Amoen. acad. 4. p. 190. t. 2. it. Westgath. 224.*  
**Cuniculus (indicus)** ecaudatus auritus albus aut rufus aut ex utroque variegatus. *Briff. quadr. p. 147. n. 7. Gronov. zooph. I. p. 4. n. 16.*  
**Cuniculus indicus.** *Nieremb. hist. nat. p. 160. Aldr. dig. p. 390. 391. Jonst. quadr. p. 162. t. 63. 65.*

**Mus**

Mus seu cuniculus americanus et guineensis, porcelli pilis  
et voce, cavia cobaya brasiliensibus dictus Marcgr. Raj.  
quadr. p. 223.

Mus major albo fulvoque varia, cauda nulla. Brown. jam.  
p. 484.

Cavia cobaya. Marcgr. bras. 224. Pis. bras. 102. Pal-  
las spic. zool. 2. p. 17.

Guinea-pig. Edw. av. t. 294. f. 2.

Cochon d'Inde. Buffon hist. nat. VIII. p. I. t. I.

Restless cavy. Penn. quadr. p. 243. n. 176.

Habitat in Brasilia, hospitatur in Europa. Pipiens, loquax,  
inquieta, sequax, calcitrans, attenta, comans, masti-  
cans, edit vegetabilia variata, potat lympham puram,  
calorem amat; femina mammis duabus, parit pullos per-  
fectissimos, mox coit; mas bombylans juniores masculos  
mordet paraplecticos.

Longitudo pedalis. Color varius. Pili duri, colli paulo  
longiores. Corpus torosum; collum brevissimum. Au-  
riculariae breves, latae, extrinsecus calvae. Oculi magni,  
fuscii, prominuli.

Capyba- 6. C. ecaudata, plantis tridactylis palmatis. Schreb. Saeugth.  
ra. IV. p. 620. t. CLXXIV.

Sus (Hydrochaeris) plantis tridactylis, cauda nulla. Sys.  
nat. XII. p. 103.

Sus maximus palustris, Cabiai, Cabionara. Barr. Fr. equin.  
p. 160.

Hydrochoerus. Briff. quadr. p. 117.

Cavia Capybara. Pallas spic. zool. 2. p. 18.

Capybara Brasiliensibus. Marcgr. bras. p. 230. Pis. bras.  
p. 99. Jonst. quadr. t. 60. Raj. quadr. p. 126.

Capivard. Froger voy. p. 123.

Cabiai. Buffon hist. nat. XII. p. 384. t. 49.

Thickknosed tapir. Penn. quadr. p. 83. n. 61.

Habitat in Americae australis parte occidentali, in regioni-  
bus silvosis paludosis ad magnos fluvios; saccharo aliis-  
que vegetabilibus, piscibus quoque vescitur, quos noctu-  
capit; natat, pinguiscit, mitis, monogama; femina non  
nisi unicum parit pullum.

Longitudo 2½ pedibus major; caput oblongum; rostrum an-  
guustum; nares nigricantes, subrotundae; labium superius  
guttatum; myctaces nigrae; oculi magni, nigri; auriculae  
breves, rectae, calvae, nigrae; collum breve, crassum;  
pedes

s, plan-  
so. n. 3.  
sco ad-

rigidis

2.

arbori-  
viëtum  
, pedi-  
movet;  
cicura-  
parit.

, bre-

uammt.

rufus.

quadr.

quadr.  
p. 160.

Pal-

breber

plantis

p. 9.

ut ex

onov.

. dig.

Mus

*pedes breves; plantae tetradaecephylae; pili setosi, dorsi longissimi, plurimi utroque fine nigri, medio flavescentes.*

**23. CASTOR.** *Dentes primores superiores truncati, angulo transverso excavati.*

*inferiores apice transversi.  
molares utrinque IV.*

*Cauda longa depressa squamosa.  
Claviculae perfectae.*

- Fiber. I. C. cauda ovata plana calva. *Fn. suec. n. 27. Mus. Ad. Fr. I. p. 9. Schreber Sacugtb. IV. p. 623. t. CLXXV.*  
*Castor castanei coloris, cauda horizontaliter plana. Briff. quadr. p. 133.*  
*Castor. Gesu. quadr. p. 309. aquat. p. 185. Rondel. aquat. p. 236. Aldrov. digit. p. 276. Jonst. quadr. p. 147. t. 68. Raj. quadr. p. 209. Buff. hist. nat. VIII. p. 282. t. 36. Penn. quadr. p. 255. n. 190.*  
Fiber. *Bellon. aq. 30.*  
Beaver. *Catesb. carol. app. p. 29.*  
Biber. *Ridinger kl. Th. t. 84.*

β. *Castor albus, cauda horizontaliter plana. Briff. quadrup. 135.*

*Habitat hodienum in Europae, Asiae, Americae borealis ad ripas fluviorum lacuumque solitarias silvas, vicitans corticibus sorbi, salicis, potissimum populi, ligno magnoliae glaucae, radice acori et al. vix piscibus. Lenite graditur, at dexterime natat, interdiu quietus, profunde dormit, mundissimus; junior facile ecuratur, mitis; monogamus coit hieme erectus; femina 4 mammis instruita per 4 menses gravida 2 parit pullos, varius 3 - 4. Architectura in construenda ad ripas domo superat, excepta humana, omnium animalium. Aet. Stockh. 1756. p. 207.*  
*Corpus 2½ - 3 pedes longum, cauda dimidio brevior, quarta sui parte corpori proxima pilosa; pedes pentadactyli, plantae palmatae; oculi parvi, auriculae breves crinitae; collum crassum et breve; corpus torosum, dorso convexo; pili moliores breviores ferruginei, longiores durioresque castanei, quo magis borealem terram inhabitat, eo obscuriores, ut aliquando nigri; alias albi, aut albi maculis*

huido  
brius.

24.

Coy

zibe  
cu

culis cinereis. aut albi interfitis rubris, rarissime flavescentes. Glandulae salivales insignes, et ad dextram cardiae alia adhuc glandula, quae per 18 patula orificia humorum suum largiter in ventriculum effundit. Prope genitalia externa et anum inter binas magnasque glandulas sebaceas medii haerent duo folliculi cellulosi, graveolens castoreum, singuli circiter 3ij continentes; russicum et borufficum canadensis melius.

Marius J. Castorologia. Wien. 1685.

Anatome. Wepfer Eph. N. C. d. I. a. 2. obf. 251. Sarasin aet. Parif. 1704. p. 48. Aet. Petrop. T. II. p. 415.

huidobrius.  
Ad. Fr.

2. C. cauda compressa lanceolata pilosa, palmis lobatis, plantis palmatis. Molina hift. nat. Chil. p. 253.

Habitat in Chilenium fluviorum lacuumque profundissimis. Animosum animal piscibus cancrisque viicitat, diu sub aqua manet; neque architectura fibrī, neque castoreum; femina 2-3 pullos parit.

Corpus circiter tripedale; caput fere quadratum; rostrum obtusum; oculi parvi; auriculae breves rotundae; pili similiter duplicitis generis; qui teneriores, mollitie superant pilos cuniculi, ut pelliaris magni aestimetur pellis in dorso cinerea, in ventre albida.

## 24. MUS. Dentes primores superiores cuneati.

molares utrinque III, rarius II.

Claviculae perfectae.

\* cauda apice compressa.

Coypus. 1. M. cauda medioeri subcompressa pilosa, plantis palmatis. Molina hift. nat. Chil. p. 255.

Habitat in aquis Chilenibus, lutrae facie et colore, dentium numero muri accedens, ut tamen non nisi 2 molares ad utrumque primorum latus habeat. Cauda crassa; pedes pentadactyli; auriculae rotundae. Femina 5-6 pullos parit.

zibethicus. 2. M. cauda longa compresso-lanceolata, pedibus fissis. Schreber Saeugth. IV. p. 638. t. CLXXVI.

Castor zibethicus. Syft. nat. XII. I. p. 79.

Castor (mus molchiferus canadensis) cauda verticaliter plana, digitis omnibus a se invicem separatis. Briff. quadr. 136.

Kat

Rat musqué. *Sarrafis act. Paris. 1725. p. 323. t. II. f. I. 2.*  
 Desmans rottor. *Kalm it. 3. p. 19.*  
 Ondatra. *Buffon hist. nat. X. p. I. t. I.*  
 Musk beaver. *Penn. quadr. p. 259. n. 191.*

*Habitat in America boreali ad aquas lentiōes, ad quarum ripas domus exstruit, simpliciores tamen, quam castor fiber; vīctitat etiam conchis, aestate praeſertim herbis et fructibus, hieme radicibus, potissimum acori et nymphae; monogamus coit aestate; femina 6 mammis gaudens abdominalibus 3-6 pullos parit, ut nonnulli volunt, ter quater per annum; dexterrime natat et mergitur; in terra tamen incedens vacillat.*

*Cauda apice ancipiū ad caſtorem, eadem longiore iſque magnitudine ad murem decumanum, facie et auriculis crinitis ſatis brevibus ad amphibium proprius accedit; longitudo circiter pedalis, pondus trium librarum; cauda corpore paulo brevior, fiſca; digiti plantarum ordinibus pilorum longorum alborum densis ciliati, unguibus rubicundis. Pili molles ex atro fiſci. Glandulae febaceae ad anum humore oleofeo moſchum aestate poriſſimum graviter plenae.*

\* \* myofuri, cauda tereti calva.

**Piloides.** 3. M. cauda longiuscula squamata truncato-obtusa, corpore albido. *Pallas glir. p. 91. n. 38.*

Mus (albus zeylonicus) albus, cauda longissima. *Briff. quadr. (ed. bat.) p. 122. n. 8.*

β. Caſtor cauda lineari tereti. *Brown. jam. p. 484.*

Rat musqué. *Rochef. antill. p. 140.*

Piloris. *Buffon hist. nat. X. p. 2.*

Musk Cavy. *Penn. quadr. p. 247. n. 183.*

*Habitat in India, β) in insulis Antillis in antris, quae ipſe fodit, etiam in domibus, moſchato odore infeſtus,*

*Magnitudine ad cobayam accedit; auriculae magnae, calvae; cauda 4 pollicum; palmae tetradaetyleae, ut pollicis locum nodus suppleat; plantae pentadactylae.*

**Caraco.** 4. M. cauda longa squamosa obtusiuscula, corpore griseo, plantis subfemipalmatis. *Pall. glir. p. 91. n. 39. p. 335. t. 23. Schreber Saeugth. IV. p. 643. t. CLXXVII.*

*Habitat in Sibiria quam maxime orientali ad aquas, ad cuius ripas cuniculos fodit; egregie natat; domus etiam frequentat.*

Cor-

decun  
nus

Ratt

f. I. 2.  
quarum  
istor fi-  
erbis et  
upheae;  
is abdo-  
r - qua-  
n terra  
ipsaque  
triculis  
it; lon-  
cauda  
dinibus  
s rubi-  
ceae ad  
raviter  
  
corpore  
Briff.  
  
ae ipse  
e, cal-  
pollicis  
griseo,  
· 335.  
is, ad  
etiam  
Cor-

Corpus 6, cauda  $4\frac{1}{2}$  pollices longitudine superat; pondus 6-7 uncias aequat. Caput angustum, elongatum; oculi auriculis propiores, quam naribus; palmae tetradactylae, ut verruca pollicis vices suppletat; plantae pentadactylae, digitis plica cutis connexis.  
Color dorſi, ut in decumano, fuscus cinereo mixtus, ventris ex albido in cinereum vergens, pedum sordide albus.

- decuma- 6. M. cauda longissima squamata, corpore setoso griseo subtus nus. albido. Pallas glir. p. 91. n. 40. Schreber Saeugth. IV. p. 645. t. CLXXVIII.  
Mus (norwegicus) cauda elongata, palmis tetradactylis cum unguiculo pollicari, corpore rufo. Erxl. mamm. p. 381. n. I.  
Mus (silvestris) cauda longissima, supra dilute fulvus, infra albicans. Briff. quadr. p. 170. n. 3.  
Mus aquaticus. Geſn. aquat. p. 732.  
Surmulot. Buff. hist. nat. VIII. p. 206. t. 27.  
Norway rat. Penn. brit. zool. p. 47.  
Brown rat. Penn. quadr. p. 300. n. 227.  
Habitat in India et Persia, unde hoc demum seculo in Europam devenit, ad aquarum ripas antra ſibi fodiens, urbes etiam, aqueductus, cloacas, ſtabula, horrea, hortos, campos, domus frequentans, cato detestatus, lepori cuniculo cedens, a muſelis domatur; praeter vegetabilia carne quoque, gallinis, ipsisque congeneribus viicitat; audacissimus; per biemem non dormit; aquam non metuit, et dexterrime natat; migrat gregatim; femina ter per annum 12-15, imo 18 et 19 pullos parit. An forſan mus caspius Aelianus?
- Pondus animalis ab 3vij ad libram unam; corpus adulti longitudine vix superat 9, cauda  $7\frac{1}{2}$  pollices; haec ex 200 fere annulis conflata; digiti distinctissimi; mystaces capite produeto longiores; oculi magni nigri prominuli.

- Rattus. 12. M. cauda longissima squamosa, corpore atro subtus canescente. Pallas glir. p. 93. n. 41. Schreber Saeugth. IV. p. 647. t. CLXXIX.  
Mus (Rattus) cauda elongata subnuda, palmis tetradactylis cum unguiculo pollicari, plantis pentadactylis. Syſt. nat. XII. p. 83. Fn. suec. 2. p. 12. n. 33. Müll. prodr. p. 5. n. 31.  
Mus (Rattus) cauda longissima, obscure cinereus. Briff. quadr. p. 168. n. I. Gronov. zooph. p. 4. n. 18.

Mus

*Mus domesticus major*, quem vulgo ratum vocant. *Gesn. quadr. p. 731.*

*Mus domesticus major sive rattus. Raj. quadr. p. 217.*

*Rattus. Aldrov. dig. p. 415.*

*Glis. Jonst. quadr. t. 66.*

*Sorex. Hufnagel archetyp. p. 3. t. III.*

*Rat. Buffon hist. nat. VII. p. 278. t. 36.*

*Common rat. Penn. brit. zool. I. p. 97.*

*Black rat. Penn. quadr. p. 299. n. 226.*

*Habitat in Persia et India, nunc etiam boreali parte excepta, in Europa, ex qua per naves in Africam et Americanam delata esse fertur; in Tahiti tamen frequens, rarius in reliquis maris australis insulis. Cautus et animosus, parum bibit; sed voracissimus omnia, quae occurunt, comedit, domibus pessimum animal, cibis et utensilibus infestum omnibus; ne suae quidem ipsius speciei parcens; praedatur a bubone aliisque strigibus, a mustelis, non semper a catis. Femina 10 mammis instructa aliquoties per annum 5-6 pullos parit.*

*Pondus ratti aliquando ad 3vj accedit, rarissime modo 6-7 drachmas aequat. Longitudo corporis vix 8 pollices aequat; cauda aequalis 250 circiter annulis conspicua, tenuis. Color ut plurimum supra nigricans, infra cinereus; rarius supra in fuscum aut cinereum vergens, aut cinereus maculis albis, aut totius animalis albus, oculis rubris.*

*Muscu-  
lus.*

13. *M. cauda elongata subnuda, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis: pollice mutico. Fn. succ. 34.*

*Mus cauda longissima squamosa, corpore fusco subtus cinerascente. Pallas glir. p. 95. n. 43. Schreber Sacugth. IV. p. 654. t. CLXXXI.*

*Mus cauda longa nudiuscula, corpore cinereo fusco, abdome subalbescente. Fn. succ. I. p. II. n. 31. Mus. Ad. Frid. I. p. 9.*

*Mus (Sorex) cauda longissima, obscure cinereus, ventre subalbescente. Briff. quadr. p. 169. n. 2. Gronov. zooph. I. p. 4. n. 19.*

*Mus domesticus minor, cauda longa subnuda, corpore fusco-cinerascente, abdomine albidente. Brown. jam. p. 484.*

*Mus domesticus vulgaris f. minor. Raj. quadr. p. 219. Sloan. jam. 2. p. 330.*

*Mus domesticus minor. Aldrov. dig. p. 417.*

*Mus domesticus. Jonst. quadr. p. 165. t. 66.*

*Mus.*

Gesn.

7.

cepta,  
ericam  
rior in  
is, pa-  
come-  
s infe-  
rcens;  
, non  
quories9 6-7  
ces ac-  
a, te-  
ereus;  
t cine-  
oculisPlantis  
cine-  
b. IV., ab-  
Mus.  
e sub-  
ph. I.  
e ful-  
484.  
219.

Mus.

Mus. *Hufnagel archetyp.* p. 1. tab. 3. 10. p. 2. t. 8. p. 4.

t. 2.

Souris. *Buffon hist. nat.* VII. p. 309. t. 39. *Suppl.* III. p. 181.  
t. 30.Common mouse. *Penn. quadr.* p. 302. n. 229.*Habitat in domibus Europae et Asiae mediae, nunc etiam Americae; polypagus consumit cibaria, cerealia, carnes, cadavera, quae colligit; parum bibit; salax omni anni tempore coit, et fertilissimus, ut femina semper 5-6 pullos pariat; mitis, timidus, cursu celerrimus, vix incacerandus; praedatur a ratto, cato, mustela, erinaceo, strige; in horreis pellitur ebulo et solano nigro.**Longitudine 3½ pollices non superante, et ungue pollicari palmarum nulla, a ratto differt.**Varietas nigra, flavescens, albo-maculata, alba maculis cinereis, et nitidissima tota alba oculis rubris rarer.*silvaticus. 17. M. cauda longa squamosa, corpore griseo lutescente sub-tus lateribusque abrupte albo. *Pallas glir.* p. 94. n. 42.  
*Schreber Saength.* IV. p. 651. t. CLXXX.Mus cauda mediocri, palmis tetradaetylis, plantis pentadactylis, corpore griseo pilis nigris, abdomen albido. *Syst. nat.* XII. I. p. 84. *En. Suec.* 2. p. 12. n. 36.Mus cauda longa, supra e fusco flavescens, infra ex albo cinereens. *Briss. quadr.* p. 174. n. 9.Mus (campestris major) cauda longissima, fusca ad latera rufus. *Briss. quadr.* p. 171. n. 4.Mus agrestis minor. *Gesn. quadr.* p. 733.Mus domesticus medius. *Raj. quadr.* p. 218.Mulot. *Buff. hist. nat.* VII. p. 325. t. 41.Field-rat. *Penn. quadr.* p. 302. n. 230.β. Harvett-rat. *Penn. quadr.* p. 302. n. 231.*Habitat in omnibus Europae silvis, campis, hortis, dumetis, bieme quoque in horreis et domibus; vicinitat cerealibus, arborumque seminibus, quae colligit, aviculis quoque, congeneribus, et defectu aliorum propria specie; afferes durissimos saepe uno die perforat; praedatur ab accipitribus, vulpe, putorio, marte.*

Magni-

---

Mures in antris latebrisque habitant, celerrime currunt et scandunt, nonnullae species etiam natant; noctu praesertim viatum quaerunt, potissimum vegetabilem, quem palmis ori admoveant. Feminae 8 circiter mammis gaudent, et plures simul eosque saepius per annum pullos pariant. Nonnullae species migrant. Auriculae breves rotundatae. Palmarum digiti plerisque modo 4, ut pollicis locum verruca supplet.

I

*Magnitudine musculum aequat; cauda longitudine corporis,  
supra nigricans, infra alba; pedes splendide albi. Hu-  
jus etiam datur varietas tota alba oculis rubris.*

agrarius. 7. M. cauda longa squamosa, corpore lutescente, striga dor-  
fali nigra. Pallas it. I. p. 454. glir. p. 95. n. 44. et p. 341.  
t. 24. A. Schreber Saeugth. IV. p. 658. t. CLXXXIII.

Mus rubeus. Schwenckf. ther. Siles. p. II4.

Muris alia species. S. G. Gmelin it. I. p. 151. t. 29. f. 2.

*Habitat in Russia a Tanai ad Jenisei fluvium, in Silesia, ra-  
rius in Germania, gregarius et migratorius.*

Longitudo vix 3 pollices, pondus vix 3*lb* assequitur. Abdo-  
men cum pedibus album, palmarum pollex ungue exiguo.

minutus. 8. M. cauda longa squamosa corpore supra ferrugineo subtus  
albido. Pallas it. I. p. 454. n. 4. glir. p. 96. n. 45. et  
p. 345. t. 24. B. Schreber Saeugth. IV. p. 660. t. CLXXXIII.  
*Habitat in imperio russico, in Siberia pulchrior, ut supra  
eleganter flaveat, infra niveus sit.*

*Musculo dimidio minor; cauda fere bipollicaris. Femina  
mare minor minusque pulchra.*

soricinus, 10. M. cauda mediocri subpilosa, rostro producto, auriculis  
orbiculatis vestitis, velleris dorso flavicante griseo, abdo-  
mino albido. Schreber Saeugth. IV. p. 661. t. CLXXXIII. B.  
*Habitat Argentorati. Hermann.*

Longitudo vix ultra 2 pollices, et 5 lineas; mystacum ordi-  
nes 7. Ungues brevissimi; cauda unicolor flavescentes, ci-  
nereo intermixta, subtus magis pilosa. Abdomen album.

vagus. 14. M. cauda longissima nudiuscula, corpore cinereo, fascia  
dorsali nigra, auribus plicatis. Pallas glir. p. 90. n. 36.  
p. 327. t. 22. f. 2. Schreber Saeugthiere, IV. p. 663.  
t. CLXXXIV. f. 2.

*Mus subtilis. Pallas it. 2. p. 705. n. II. a.*

*Habitat in desertis inter fluvios Ural, Irtysch et Ob positis  
satis frequens, in fissuris rupium, infra lapides, truncos  
arborum; vivitat praeferit seminib; minoribus etiam  
animalibus; per hiemem dormit; gregatim migrat.*

Pondus 3*lb* non inferius; longitudo paulo major, quam so-  
ricino; pedes tenerimi albidi; cauda corpore paulo lon-  
gior, supra cinerea, infra albicans prehensilis. Dentes  
primores flavi; molares in superiore maxilla 2. Feminis  
mammae 8. Ungues longi.

15. M.

orporis,  
 i. Hu-  
 ga dor-  
 p. 341.  
 III.  
 f. 2.  
 sia, ra-  
 Abdo-  
 cigno.  
 subtus  
 45. et  
 XXIII.  
 supra  
 Femina  
 iriculis  
 abdo-  
 XIII. B.  
 3 ordi-  
 ns, ci-  
 album.  
 fascia  
 n. 36.  
 • 663.  
 positis  
 runcos  
 etiam  
 am so-  
 o lon-  
 Dentes  
 eminis  
 5. M.

- betuli- 15. M. cauda longissima nudiuscula, corpore fulvo fascia dor-  
 nus. fali nigra, auriculis plicatis. *Pallas glir. p. 90. n. 35.*  
*p. 332. t. 22. f. 1. Schreber Saeugthiere, IV. p. 664.*  
*t. CLXXXIV. f. 1.*  
*Mus subtilis. Pallas it. 2. p. 705. n. 11. β.*  
*Habitat solitarius in betuletis deserti Ichimenis et Baraben-*  
*fis, etiam inter fluvios Ob et Jenisei; vago satis similis*  
*moribus et facie, paulo tamen minor. Cauda supra fusca,*  
*infra albida.*
- pumilio. 18. M. cauda mediocri nudiuscula, corpore ex fusco cinereo,  
 fronte nuda et lineis quatuor dorsalibus nigris. *Sparr-*  
*mann aet. Stockb. nov. ai. 1784. p. 239. tab. VI.*  
*Habitat in silvis Sitzicamæ pone caput bonae spei; pondus*  
*3iv.*
- striatus. 19. M. cauda longiuscula subnuda, corporis striis plurimis pa-  
 rallelis albo-guttatis. *Pallas glir. p. 90. n. 37.*  
*Mus cauda elongata subnuda, palmis tetradaëtylis, plantis*  
*pentadaëtylis, corpore striis punctatis. Syst. nat. XII. I.*  
*p. 84.*  
*Mus cauda longa, striis corporis longitudinalibus ex punctis*  
*albis. Mus. Ad. Frid. I. p. 10.*  
*Mus (orientalis) cauda longa, rufus, lineis in dorso albi-*  
*cantibus margaritarum aemulis. Brisson quadr. p. 175.*  
*n. 10.*  
*Mus orientalis. Seb. mus. 22. t. 21. f. 2.*  
*Oriental rat. Penn. quadr. p. 304. n. 232.*  
*Habitat in India, musculo dimidio minor, fuscescens, 12*  
*seribus punctorum alborum insignitus, infra albicans,*  
*auriculis brevibus calvis, cauda fere calva longitudine*  
*corporis. An vera propria species?*
- barbarus. 20. M. cauda mediocri, corpore fusco striis decem pallidis,  
 palmis tridaëtylis, plantis pentadaëtylis. *Syst. nat. XII.*  
*Tom. I. P. 2. add.*  
*Habitat in Africa boreali, musculo minor; supra fusca li-*  
*neis decem longitudinalibus albidis, infra albicans; cauda*  
*calva annulata, longitudine corporis. An forsan ad ca-*  
*viam releganda?*
- \* \* \* cunicularii cauda terete, pilosa.
- faxatilis. 21. M. cauda longiuscula, auribus vellere majoribus, palmis  
 subtetradactylis. *Pallas glir. p. 80. n. 19. p. 255. t. 23. B.*  
*Schreber Saeugth. IV. p. 667. t. CLXXXV.*

*Habitat in Sibiriae parte quam maxime orientali in fissuris rupium.*

*Longitudine 4 pollices, pondere 9 drachmas aequat. Rostrum acutum et auriculae ovales fuscæ. Dorsum fuscum flavescente mixtum; venter albicans; pedes nigricantes; cauda sesquipollucaris, superius fuscæ, inferius alba.*

Cyanus. 22. M. cauda mediocri subpilosa, palmis tetradaëtylis, plantis pentadaëtylis, corpore caeruleo subtus albido. *Molitna hisp. nat. Chil. p. 266.*

*Habitat in regno Chilensi, silvatici facie et magnitudine, sed pilis caeruleis, auriculis rotundis, perquam timidus; magnum in caveis suis, in plures cameras partitus, radicum tuberosarum penum colligit, quam incolae crebro au-*

amphi- 22. *M. cauda longitidine dimidia corporis, auribus vix velle-  
bius. rès prominulis, pedibus subtetradactylis. Pallas glir. p. 8c.  
n. 20. Schreber Saegngh. IV. p. 668. t. CLXXXVI.*

*Mus cauda elongata pilosa, plantis palmatis. Syft. nat. XII.  
p. 82. Fn. succ. 2. p. 12. n. 32.*

*Mus cauda mediocri, palmis tetradaëtylis cum unguiculo  
pollicari, corpore nigricante. Erxl. mamm. p. 386. n. 3.*

*Mus (aquaticus) cauda longa, pilis supra e nigro et flaves-  
cente mixtis, infra cinereis vestitus. Briss. quadr. p. 175.  
n. II.*

*Mus agrestis major. Gesn. quadr. p. 733.*

*Mus major aquaticus sive ratus aquaticus, et Mus agrestis  
major macrourus Gesneri. Raj. quadr. 217. et 219.*

*Rat d'eau. Buffon hisp. nat. VII. p. 368. t. 43.*

*Water-rat. Penn. quadr. p. 301. n. 228.*

*Eine Maeuseart. S. G. Gmelin it. I. p. 151. t. 29. f. 1.*

terrestris. 22. *Mus cauda mediocri subpilosa, palmis subtetradactylis,  
plantis pentadaëtylis, auriculis vellere brevioribus. Syft.  
nat. XII. p. 82. n. 10. Fn. succ. 2. p. 11. n. 31.*

*Mus agrestis capite grandi brachyurus. Raj. quadr. p. 218.*

paludosus. 22. *Mus cauda mediocri pilosa, palmis subtetradactylis, plantis  
pentadaëtylis, auriculis vellere brevioribus, ater. Mant.  
plant. 2. p. 522.*

niger. ♂. *Mus amphibius niger.*

macula- ♀. *Mus amphibius macula magna alba dorsali, et linea alba  
tus. pectorali.*

*Habi-*

*Habitat in omni Europa et septentrionali Asia ad mare usque  
glaciale in aquosis praesertim ripis aquarum praecepitibus,  
in humido quoque lutosoque agrorum, pratorum, horto-  
rum solo, radices, arborum quoque, rodit, herbarum ef-  
fodit, hisque praecepue viicitat; mordax et animosus; na-  
tat et aqua mergitur. Caro facutis deliciosa, a quibus  
etiam pellis adaptatur. Femina mare minor, et magis  
flavescens, mammis 8, 4 pecloralibus, 4 abdominalibus  
instrueta, coitus tempore moschum olet, et Aprili ad 8 us-  
que pullos parit.*

*Pondus inter 3ij et 3ij intermedium; longitudo corporis  
6½, caudae 3 pollicum. Rostrum, prouti truncus, bre-  
ve et crassum; auriculae ovatae, margine crinitae.*

allarius. 23. M. cauda unciali, auribus majusculis subpilosis, corpore  
cinereo subtus albido. Pallas glir. p. 80. n. 18. p. 252.  
t. XIV. C. Schreber Saugth. IV. p. 671. t. CLXXXVII.

*Habitat in Siberia ad fluvios Jenisei, Kan et Angara, allio-  
rum bulbis viicitans, quorum magnam penum colligit.*

*Muri arvali affinis, ut tamen capite, mystacibus et auricu-  
lis ad museulum proprius accedat. Palmae tetradaetylae.  
Cauda 1½ pollicem longa, alba, stria dorsali fusca. Cor-  
pus 4½ pollices longum. Mamuae 8.*

rutilus. 24. M. cauda unciali, auriculis vellere longioribus, palmis  
subtetradactylis, corpore supra fulvo subtus cano. Pallas  
glir. p. 79. n. 17. p. 246. t. XIV. E. Schreber Saugth.  
IV. p. 672. t. CLXXXVIII.

*Habitat in Siberia, varietas minor forsitan quoque in Germa-  
nia; in autris congenerum, arboribus cavis, hieme in  
acervis frumenti, horreis, domibus; hieme per nivem  
currit; carnem amat.*

*Arvali satis affinis; pedes tamen magis pilosi, albi; cauda  
vix ultra pollicem longa, praeter striam fuscam supra fla-  
vescens, subtus alba. Corpus pondere ad 3lb ad 3vij,  
longitudine tres pollices 7½ lineas aequat.*

gregalis. 25. M. cauda sesquiunciali, auriculis vellere longioribus, pal-  
mis subtetradactylis, corpore cinerascente. Pallas glir.  
p. 79. n. 16. p. 238. Schreber Saugthiere, IV. p. 674.  
t. CLXXXIX.

*Mus socialis. Georgi it. p. 162.  
Habitat in Sibiriae orientalis siccis; sub cespite nidum,  
multis foraminibus peruum, et cameris pro penu radicum,*

*praesertim lili pomponii et allii tenuissimi condenda cinctum fudit.*

*Oeconomus minor, sociali longior, ut feminae sex linearum ultra 4 pollices longitudinem affequantur, maribus pollice brevioribus.*

*oeconomus.* 26. M. cauda subfesquiunciali, auriculis nudis in vellere molli latentibus, palmis subtetradactylis, corpore fusco. *Pallas glir. p. 79. n. 15. p. 225. t. XIV. A. it. III. p. 692. n. 4. Georgi it. p. 161. Schreber Saeugth. IV. p. 675. t. CXC.*

*Habitat in Siberia a fluvio Irtyfch ad oceanum orientalem usque, in humidis praesertim et profundis vallibus, in quibus sub cespite nidum multiplici exitu, et ad ejus latera cameram aut plures cameras pro condenda insigni, quam colligit, radicum praesertim tuberosarum penu excavat; veris initio coit, quo tempore femina moschum olet, probabiliter pluries per annum, femina tamen non nisi 2-3 pullos semel parit; gregatim migrat linea recta, et aquas in hoc itinere tranat, ab avibus, pisibus, apri, vulpibus aliisque feris turbatur; ab ipsis hominibus non penu modo sua spoliatur, sed ipsum a Jakutis animal quoque comeditur.*

*An hoc spectat mus glareolus, a b. O. F. Müller in insula Lalandia repertus, et a Schrebero Saeugth. IV. t. CXC.B. depictus?*

*laniger.* 27. M. cauda mediocri, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, corpore cinereo lanato. *Molina hist. nat. Chil. p. 267.*

*Habitat in terrae Chilensis borealibus sub terra, mundus, docilis, mitis et facile cicurandus, vietit bulbis, cepae potissimum; femina bis per annum 5-6 pullos parit.*

*Longitudo 6 pollicum; auriculae exiguae acutae; rostrum breve, pili longissimi, telae aranearum in modum teneri, ut Peruani olim lanae optimae in locum adhiberent.*

*arvalis.* 16. M. cauda unciali, auriculis vellere prominulis, palmis subtetradactylis, corpore fusco. *Pall. glir. p. 79. n. 14. Schreber Saeugth. IV. p. 680. t. CXCI.*

*Mus (gregarius) cauda corpore triplo breviore subpilosa, corpore griseo subtus pedibusque albis. Syft. nat. XII. I. p. 85.*

*Mus (terrestris) cauda mediocri, auriculis vellere brevioribus, corpore supra ferrugineo subtus cinereo. Erxleb. mamm. p. 395. n. 7.*

Mus

Mus (campestris minor) cauda brevi, pilis e nigricante et  
fordide luteo mixtis in dorso, et saturate cinereis in ven-  
tre vestitus. *Briß quadr. p. 176. n. 12.*

Mus campaignolo. *Gesn. quadr. p. 733.*

Campagnol. *Buff. hist. nat. VII. p. 369. t. 47.*

Short-tailed rat. *Penn. quadr. p. 305. n. 233.*

Habitat in omnibus Europae, ipsisque Sibiriae et Hircaniae  
dumetis, campis, pratis et hortis, praecipue ad aquas;  
victitatem frumento, nucibus, glandibus, quas in suis an-  
tris colligit; a vulpe, putorio, mustela, cato, mure sil-  
vatico praedatur; femina aliquoties per annum semper  
8-12 pullos parit. Infestatur acaris minutis.

Longitudo 3 circiter pollicum; pondus maris 3vj - 3j, fe-  
minae ad 3sj. An hujus forte varietas Mus (agrestis)  
cauda abbreviata, corpore nigro fusco, abdomine cineras-  
cente. *Fn. suec. ed. 2. p. 11. n. 30?*

*socialis.* 28. M. cauda semunciali, auriculis orbiculatis brevissimis, pal-  
mis subtetradactylis, corpore pallido subitus albo. *Pallas*  
*glir. p. 77. n. 13. p. 218. t. XIII. B. it. 2. p. 705. n. 10.*  
*Schreb. Saeugth. IV. p. 682. t. CXII.*

Mus alias et mus microurus. *S. G. Gmelin it. 2. p. 173.*

*t. 11. et 3. p. 500. t. 57. f. 2.*  
Habitat frequens in secca arena deserti inter fluvios Wolga  
et Ural sita; circa mare caspium et in montibus Hirca-  
niae, par mas et femina, aliquando cum pullis in antris;  
rulipae praefertim bulbis victitat, a mustelis, putoriis,  
lutris, cornicibus comeditur.

Pondus circiter 3vj, longitudo 5 lineis superat 3 pollices.

*Lagurus.* 29. M. brachyurus, auriculis vellere brevioribus, palmis sub-  
tetradactylis, corpore cinereo linea longitudinali nigra.  
*Pallas glir. p. 77. n. 12. p. 210. t. XIII. A. it. 2. p. 704.*  
*Schreb. Saeugth. IV. p. 684. t. CXIII.*

Habitat in solo arenaceo lutoso desertorum flaviis Ural, Je-  
nilei et Irtysch adjacentium, singula animalia in nido ro-  
tundo angusto; gregatim migrat; victitatem potissimum iri-  
de pumila, muris quoque aliis speciebus; mortu lentiore,  
et situ, dum dormit, ad arctomyias accedit; hieme tamen  
non obrigescit; salax a primo vere pluries per annum  
coit, quo tempore femina moschum olet, quae semper 5-6  
pullos parit.

Pondus maris 3viss, longitudo 7½ lineas ultra 3 pollices  
aequat; cauda maris sesquilinea longior, quam feminae.

i cin-  
arum  
police  
molli  
Pallas  
n. 4.  
CXC.  
talem  
, in  
late-  
signi,  
u ex-  
chum  
i non  
recta,  
s, a-  
nibus  
ani-  
nsula  
C. B.  
adac-  
Chil.  
ndus,  
cepae  
trum  
meri,  
almis  
. 14.  
ilosa,  
II. I.  
viori-  
xleb.  
Mus

- torqua- 30. M. brachyurus, auribus vellere brevioribus, palmis pen-  
tus. tadaetlylis, corpore ferrugineo vario, torque interrupta  
albida, linea spinali nigra. *Pallas glir. p. 77. n. 11. p. 206.*  
*t. XI. B. Schreber Saeugth. IV. p. 686. t. CXCIV.*  
*Habitat in parte quam maxime boreali montis Ural et uligino-  
nis mari glaciali conterminis; lichene rangiferino et ni-  
vali, bulbisque polygoni vivipari vietitatem; migrat.  
Arvali magnitudine, lemno habitu proprius accedit; cauda  
obtusa fusca.*

- Lemmus. 5. M. brachyurus, auriculis vellere brevioribus, palmis pen-  
tadaetlylis, corpore fulvo nigroque vario subtus albo.  
*Pallas glir. p. 77. n. 10. p. 186. t. XII. A. B. Schreber  
Saeugth. IV. p. 687. t. CXCV. a. b.*  
*Mus cauda abbreviata, pedibus pentadaetlylis, corpore fulvo  
nigro-vario. Syst. nat. XII. 1. p. 80. Fn. Suec. p. II. n. 29.  
act. Stockb. 1740. p. 75. f. 45.*  
*Mus Lemmus. Fabric. it. norw. p. 191.*  
*Mus norwegicus, vulgo Lemming. Raj. quadr. p. 327. Worm.  
muf. p. 321.*  
*Cuniculus (norwegicus) caudatus auritus ex flavo rufo et ni-  
gro variegatus. Briss. quadr. p. 145. n. 5.*  
*Lemmus. Gesn. quadr. p. 731. Olans Magn. sept. p. 617.  
Beltiola Leem dicta. Aldrov. digit. p. 436. Jonft. quadr.  
p. 168.*  
*Lemming. Pontoppid. hist. nat. Norweg. 2. p. 58.*  
*Leming. Buffon hist. nat. XIII. p. 314.*  
*Lapland marmot. Penn. quadr. p. 274. n. 202. t. 25. f. 2.*  
*Habitat in montibus nivalibus Scandinaviae, et parte quam  
maxime boreali catenae montium Uralensis, ut tamen po-  
sterior ambitu corporis multo minore, unguibus pilisque  
multo brevioribus, et colore misus vario potissimum ful-  
vo diverget, eo etiam, quod in antris suis penum pabulæ  
colligat. Vielitatem betulae nanae amentis, lichene rangi-  
ferino et aliis; mordax, sibilat, bieme sub nive currit;  
femina aliquoties per annum 5-6 pullos parit, quo facto,  
singulis circiter 10 annis, insigni gelu praesertim immi-  
nente, universus animalium exercitus auctummo, noctu  
praesertim linea recta, a qua nullo obstaculo defleci se-  
sinunt, aut versus mare, aut in planities migrat, quo in  
itinere tamen multa aqua submersa, feris accipitribusque  
occisa perirent, et sequente aestate, pauca tamen, in mon-  
tes redeunt. Wormii historia animalis e Norwegia.  
Haffn. 1653. 4. hunc sisit.*  
*Anatomie. Bartholin. cent. 2. p. 301.*

31. M.

s pen-  
trupta  
p. 206.  
  
uligi-  
et ni-  
cauda  
  
is pen-  
albo.  
breber  
  
fulvo  
n. 29.  
  
Vorm.  
et ni-  
617.  
quadr.  
  
C. 2.  
quam  
en po-  
lisque  
m ful-  
babulé  
rangi-  
urrit;  
facto,  
immi-  
noctu  
Eti se  
uo in  
usque  
mon-  
regia.  
  
I. M.

hudso-  
nius.  
  
mauli-  
nus.  
  
Acredu-  
la.  
  
Cricetus.

31. M. brachyurus, auriculis nullis, plantis pentadactylis, vitta dorsali ex luteo fuscescente, pectore et ab domine albis. *Pallas glir. p. 209. Schreber Saeugth. IV. p. 691. t. CXCVI.*  
*Habitat in terra Labrador.*  
*Mas femina longior, ut 5 pollices aequatur; color potissimum cinereus; cauda pilis longis rigidis sordide albis vestita. Pedes breves.*

32. M. cauda mediocri pilosa, auriculis acuminatis, pedibus pentadactylis. *Molina hisp. Chil. p. 268.*  
*Habitat in provinciae Chilenis Maule silvis, marmotae colore et longitudine pilorum affinis, duplo tamen major, rostro elongato, mystacum ordinibus 4, pedibus pentadactylis, cauda longiore pilosa distans. An ad arctomyas relegandus?*

\* \* \* \* buccati, buccis facculiferis.

33. M. buccis facculiferis, auriculis sinuatis, corpore griseo subtus albido. *Pall. glir. p. 86. n. 22. p. 257. t. XVIII. A.*  
*Schreb. Saeugth. IV. p. 695. t. CXCVII.*  
*Mus migratorius. Pallas it. 2. p. 703. n. 5.*  
*Habitat in districtu Sibiriae Orenburgensi ad fluvium Ural. Longitudo corporis 4 pollices, caudae annulatae supra fuscae, ceterum cum pedibus albae 8 lineas aequat.*

9. M. buccis facculiferis, corpore subtus aterrimo, cicatricibus lumbaribus detonsis. *Pall. glir. p. 83. n. 21. Schreber Saeugth. IV. p. 695. t. CXCVIII. A.*  
*Mus cauda mediocri, auriculis rotundatis, corpore subtus nigro, lateribus rufescentibus: maculis tribus albis. Synt. nat. XII. 1. p. 82.*  
*Glis Cricetus. Klein quadr. p. 56.*  
*Glis (Marmota Argentoratensis) ex cinereo rufus in dorso, in ventre niger, maculis tribus ad latera albis. Briss. quadr. p. 166.*  
*Porcellus frumentarius. Schwenckf. ther. p. 118.*  
*Cricetus. Agricol. subterr. p. 486. Gesn. quadr. p. 738.*  
*Raj. quadr. 221. Cladur E. N. C. dec. III. n. 5. p. 376.*  
*Hamster. Buffon hist. nat. XIII. p. 117. t. 14. Meyer Thiere, Norib. 1748. fol. t. 81. 82. S. G. Gmelin it. 1. p. 33. t. 6. Sulzer Versuch einer Naturgeschichte des Hamsters. Gotha 1773.*  
*German marmot. Penn. quadr. p. 271. n. 200.*

**β.** Cricetus totus niger. *Lepechin it. I. p. 192. t. 15.* *Pallas it. I. p. 128.* *Georgi it. 2. p. 851.* *Sulzer Naturg. des Hamsters. fig. in titul.* *Schreb. Saeugth. IV. t. CXCVIII. B.*  
*Habitat in Siberia et Russia australi, Polonia, Slavonia, Hungaria, Silesia, Bohemia, et Germania transrhenana, praefertim Thuringia; Cavernas fodunt singula animalia sub terra plurimis concamerationibus, duplice foramine: altero obliquo aditu, in quo etiam sterquilinium deponunt, altero perpendiculari specula; viicit per aestatem herbis, radicibus et fructibus, rarius carne et animalibus; colligit pro autumno biemisque initio frumentum, fabas, pisa, viciae, lini semina, pinguis per alteram biemis partem dormit; Aprili coit; femina 8 mammis instructa per mensem circiter gravida aliquoties per annum, prima vice 3-4, post 6-9 pullas parit. Lento currit, nec scandit, ast celerime fodit, pedibus posterioribus insistere potest; interdui ut plurimum latet, mordicus se defendit, et brevi afferem sesquipollicare perforat; a putorio, mustelis, catis, canibus, vulpibus, accipitribus occiditur, homini ob noxas arvis illatas detestatus, ob pellem frumentique penum, rarius ob carnem aestimatus, occiditur arsenico, aut veratri pulvere cum farina et melle in pultem cocto.*

Mas femina duplo major, ut  $1\frac{1}{4}$  libram medicant pondere, longitudine 10 pollices aequer. Color variat, rarissimi sunt criceti toti candidi aut flavescentes, vix frequentiores albi nigris maculis, aut nigri albis in dorso maculis, aut rostro albo fronteque cinerescente, aut maxilla inferiore alba conspicui. Cauda  $2\frac{1}{2}$  pollicum, pilis longis tecta; Pedes breves, anteriores tetradactyli cum verruca pollicari ungue rotundato instructa, posteriores pentadactyli.

*arenarius.* 34. M. buccis facculiferis corpore cinereo lateribus subfuscis albo, cauda pedibusque albis. *Pallas glir. p. 36. n. 24. p. 265. t. XVI. A. it. 2. p. 704. n. 7.* *Schreb. Saeugth. IV. p. 707. t. CXCIX.*

*Habitat in deserto arenoso Barabae ad fluvium Sibiriae Irtysch; mordax, et, noctu praecepue, agilis, amat potissimum legumina astragali tragacanthoidis.*

*Pondus 3vij, longitudo  $3\frac{1}{2}$  pollicum; pili tenerrimi; palmae tetradactylae; mystaces capite magno longiores.*

*phaeus.* 35. M. buccis facculiferis, corpore caudaque fusco-cineraceen-tibus subfuscis albis. *Pall. glir. p. 86. n. 23. p. 261. t. XV. A.* *Schreber Saeugth. IV. p. 708. t. CC.*

*Mus alpinus. Hablitz apud S. G. Gmelin it. IV. p. 172.*  
*Habi-*

songa

Furt  
lus

talp

Pallas  
g. des  
VIII. B.  
, Hun-  
, prae-  
lia sub-  
ie: al-  
onunt,  
berbis,  
colligit  
, pisa,  
partem  
r men-  
a vice  
tandit,  
potest;  
et bre-  
ustellis,  
homini  
ntique  
senico,  
Eo.  
ndere,  
rissimi  
ttiores  
, aut  
eriore  
tecta;  
polli-  
cili.  
tusque  
n. 24.  
eugth.

iae Ir-  
potif-  
almae  
ascen-  
XV. A.  
72.  
Habi-

*Habitat in deserto Sibiriae prope Zarizyn; et in montibus Persiae sunamisicis, campus oryza confitis damnosus; hieme non dormit.*

*Pondus 3vj, longitudo 5 lineas ultra 3 pollices, caudae 9-9½ lineas aequat; auriculae et stria caudae longitudinalis fuscescant.*

*songarus.* 36. M. buccis facculiferis, dorso cinereo, linea spinali nigra, lateribus albo fuscoque variis, ventre albo. *Pallas glir.* p. 86. n. 25. p. 269. t. XVI. B. it. II. p. 703. n. 6. *Schreber Saeugth.* IV. p. 709. t. CCI.

*Habitat in Sibiriae deserto arenoso Baraba ad fluvium Irtysch, cum reliquis hujus tribus antra pro colligendo vietum fodiens.*

*Pondus 3v - 3vß; longitudo corporis 3 pollicum, caudae crassae, obtusae, pilosae 4½ linearum; verruca pollicaris absque ungue; mystaces capite breviores; auriculae longiores.*

*Furunculus.* 37. M. buccis facculiferis, corpore supra griseo, stria dorsali nigra, subtus albido. *Pallas glir.* p. 86. n. 26. p. 273. t. XV. A. *Schreb. Saeugth.* IV. p. 710. t. CCII.

*Mus barabensis.* *Pallas it.* II. p. 704. n. 8.

*Furunculus myodes.* *Messerschmid Mus.* *Petrop.* p. 343. n. 109.

*Habitat in Dauria, deserto Sibiriae Baraba ad fluvium Ob et inter fluvios Onon et Argun; astragalorum atriplicum que feminibus vietitans, arenario affinis, 3 pollices longus; auriculae magnae, ovales, pilis nigris, margine albo; cauda pollicaris, tenuis et acuta; verruca pollicaris ungue instrueta.*

\* \* \* \* \* subterranei, auriculis nullis, oculis minimis, cauda abbreviata aut nulla.

*talpinus.* 38. M. brachyurus fuscus, dentibus primoribus supra infraque cuneatis, auriculis nullis, palmis pentadactylis fosforiis. *Pallas glir.* p. 77. n. 9. p. 176. t. XI. A. et nov. comm. *Petrop.* 14. p. 568. t. 21. f. 3. *Schreb. Saeugthiere,* IV. p. 711. t. CCIII.

*Spalax minor.* *Erxl. mamm.* p. 379.

*Habitat in Russiac temperatoris planitiebus, in humo, quam ericeti in modum perforat; singula animalia cavernam sibi fodunt; lathyri tuberosi, phlomidis tuberosae tuberibus, rutipae bulbis praesertim vicitat; per hiemem non*

*non dormit; per diem visus debilis; coit initio Aprilis,  
quo tempore zibethum olet; femina 3 - 4 pullos parit.  
Muri amphibio affinis.*

Typh

*Pondus 3ij aliquando, longitudo 3 pollices et 9 lineas aequat.*

**capensis.** 39. *M. brachyurus, dentibus primoribus supra infraque cuneatis, auriculis nullis, palmis pentadactylis, ore albo.*  
*Pallas glir. p. 76. n. 8. p. 172. t. VII. Schreb. Saeugth. IV. p. 713. t. CCIV.*

*Hamster. Kolbe Vorgab. d. gut. Hofn. p. 158.*

*Taupe du cap de bonne esperance. Buff. hist. nat. Amsterd.*

*Suppl. V. p. 22. t. 9.*

*Habitat in capite bonae spei, hortis infestus.*

*Longitudo 5½ pollicum. Caput rotundatum.*

**mariti-**  
**mus.** 40. *M. brachyurus dentibus primoribus superioribus sulcatis, auriculis nullis, pedibus pentadactylis, corpore supra albo flavecente mixto, ad latera et subtus ex albo cinereo.*  
*Schreber Saeugth. IV. p. 715. t. CCIV. B.*

*Zand-moll. Mason. aet. angl. Vol. 66. P. I. p. 304.*

*Taupe du cap. la Caille journ. p. 299.*

*Taupe des dunes. Allamand apud Buffon hist. natur. Amst. suppl. V. p. 24. t. X.*

*Habitat in capitibus bonae spei collibus arenariis maritimis, quos cuniculis suis excavat; lente currit, celerius fodit; mordax; viicitat radicibus bulbisque ixiarum, antholyzarum, gladiolorum, iridum.*

*Capensi affinis, capite tamen magis conico; longitudo pedalis; cauda pilosa; dentes primores inferiores longiores pro arbitrio animalis removeri a se invicem possunt.*

**Aspalax.** 41. *M. brachyurus, incisoribus supra infraque cuneatis, auriculis nullis, unguibus palmarum elongatis. Pallas glir. p. 76. et 165. t. X. et it. III. p. 692. Schreber Saeugth. IV. p. 716. t. CCV.*

*Mus myoaspalax. Laxmann sibir. Brief. p. 75. aet. Stockh. 1773.*

*Habitat in Dauria, et ultra fluvium Irtysh inter Alei et Tscharysch in humo nigra aut arena compacta, quam naribus pedibusque fodiendo cuniculos fibi longissimos parat; lili pomponii et erythronii, aliis quoque radicibus bulbisque viicitat.*

*Longitudo a 5 - 8½ pollices. Cauda teres obtusa calva. Color supra ex flavo cinerascens, subtus ex albo cinereus.*

Mar

42. M.

*Aprilis,* parit.  
*aequat.*  
*cunea-* albo.  
*acugtb.*  
*miflerd.*  
*ulcatis,* pra al-  
inereo.  
*Amft.*  
*itimus,* fodit;  
nþboly-  
*peda-* giores  
*, auri-*  
is glir.  
teugtb.  
*Stockh.*  
*Alie et*  
quam  
tos pa-  
ticipibus  
*calva.*  
tereus.  
*z. M.*

Typhlus. 42. *M. ecaudatus*, palmis pentadactylis, incisoribus supra infraque latis, oculis auriculisque nullis. *Pallas glir.* p. 76., n. 6. p. 154. t. VIII. *Schreber Saugthiere*, IV. p. 718. t. CCVI.

*Mus oculus minutissimis*, auriculis caudaque nullis, corpore rufo cinereo. *Lepechin it.* I. p. 238. et nov. comm. *Petrop.* XIV. p. 504. t. XV. f. 1.  
*Spalax microphthalmus.* *Güldenstaedt nov. comm. Petrop.* XIV. p. 409. t. 8. 9.  
*Spalax major.* *Erxl. mamm.* p. 377.  
*Slepez.* *S. G. Gmelin it.* I. p. 131. t. 22.

*Habitat in Russia australi, in cespite humum nigrum conte-* gente antrum (*singula animalia sibi proprium*) dentibus, capite, pedibus, ipsoque ano fodientibus; radicibus, praesertim chaerophylli bulbosi vicitat; cum loco oculorum bulbillos tantum cute velatos habeat, caecitur, tanto acutiore auditu taetique gaudens; mordicus se defendit; vere et aestate coit; femina 2 mammis instrueta 2-4 pullos parit.  
*Pondus 3viiij Superat, longitudo 8 pollices vix aequat; pilis molles, dense appressi, ferruginei cinereo admisto. Dentes primores rugosi.*

### ARCTOMYS. Dentes primores cuneati, 2 in utraque maxilla.

molares superiores utrinque 5,  
inferiores 4.

Claviculae perfectae.

*Marmota, I.* A. capite auriculato, corpore fusco subtus rufescente. *Schreber Saugth.* IV. p. 722. t. CCVII.

*Mus capite gibbo auriculato, cauda villosa brevi, palmis te-* tradaactylis, corpore fusco subtus rufescente. *Pallas glir.* p. 74. n. I.

*Mus cauda abbreviata subpilosa, auriculis subpilosis, buccis gibbis.* *Syst. nat.* XII. p. 81. n. 7.

*Mus alpinus.* *Gesn. quadr.* p. 743. fig. p. 744. *Aldr. dig.* p. 445. *Zonst. quadr.* t. 67. *Raj. quadr.* p. 221.

*Mus montanus.* *Matthiol. comm.* p. 368.

*Glis (Marmota alpina) pilis e fusco et flavicante mixtis velti-* tus. *Briff. quadr.* p. 165. n. 6.

*Glis (Marmota) corpore supra fusco-cinereo, subtus cinereo-* flavescente. *Erxl. mamm.* p. 358. n. I.

Glis

*Glis Marmota Italica*, Klein quadr. p. 56.

Marmotte. Buffon hist. nat. VIII. p. 219. t. 28.

Alpine Marmot. Penn. quadr. p. 268. n. 594.

*Habitat in alpibus Sabaudicis, Helveticis, Rhaeticis, Noricis, Pyrenaicis, arboribus denudatis, siccis, apricis summis; vicitat radicibus, herbis, gramine tenerrimo, et potissimum mutellina; cicurata, quicquid offertur; parum bibt; solem amat; per tribus 5-9-12-14 habitat, custode adventum hostis per sibilum indicante, quem fugiunt omnes, et si non amplius possint, mordicus se defendunt; alias cavernas, multis cuniculis instructas et aditibus, per quos effugit, sibi pro aestate, alias, in quibus ore allatum foenum pro lecho colligit, et a fine Septembris ad Martium usque alto somno sepulta jacet, pro hieme; manibus cibum ori admovet; talis incedit; saepe erecta; facilis in planities, quam sub terra capit; facile cicuratur, caloris amantissima, rebus cibariis, vestimentis, supellecili noxia, vix in concavi colido somni hiberni oblitera; coit Aprili et Mayo; femina per 6-7 septimanas gravida 2-4 pullos parit. Am Stein.*

*Pondus marmotae, auctum ipso, 9 libras, longitudo pedem et tres pollices non excedit. Caput crassum, vertice plano, rostro crasso atque obtuso, dum sedet animal, saepe erectum; maxillae inferioris partes binae mobiles; auriculae pilosae cinereae; genae pilis longioribus testae et cinctae. Myltaces utrinque serie 6plici; verruca nigra supra oculos setis 6, infra oculos setis 7. Corpus breve, crassum; futura a gula ad annum. Pedes breves; palmarum pollex conicus, ungue plano obscuro; cauda recta, 6 pollicum, longis pilis vestita, apice ex atro fuscō. Caro sapida, tenera. Pinguedo et ipsa pellis monticolis usitatum remedium.*

Monax. 2. A. capite auriculato, rostro caerulecente, cauda longiuscula villosa, corpore griseo. Schreb. Saegth. IV. p. 737. t. CCVIII.

*Mus capite gibbo auriculato, rostro caerulecente, cauda longiuscula villosa, palmis tetradactylis, corpore griseo. Pallas glir. p. 74. n. 2.*

*Mus cauda mediocri pilosa, corpore cinereo, auriculis subrotundis, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis. Syst. nat. Ed. XII. p. 81. n. 8.*

*Glis (Marmotta americana) fuscus, rostro e cinereo caerulecente. Briff. quadr. p. 164. n. 5.*

Glis

Glis (Monax) corpore fusco, lateribus ventreque pallidioribus. Erxl. mamm. p. 361.

Monax. Edw. av. 2. t. 104. Buffon hist. nat. XIII. p. 136. Suppl. III. p. 175. t. 28.

Maryland Marmot. Penn. quadr. p. 270. n. 198.

Habitat in America septentrionali paulo calidiori ad insulas Bahamicas, cavernas in rupibus fodit, sub arboribus casis hybernans.

Lepore cuniculo paulo major; rostrum magis acutum, quam marmotae; auriculae subrotundae; ungues longi et acuti; cauda corpore dimidio brevior, nigricans. Cl. Alstroemer.

Bobac. 3. A. capite auriculato, cauda villosa, palmarum ungue pollicari, corpore griseo subtus luteo. Schreb. Saengtb. IV. p. 738. t. CCIX.

Mus (Arctomys) capite gibbo auriculato, cauda brevi villofa, palmarum ungue pollicari, corpore griseo subtus luteo. Pallas glir. p. 75. 97. 98. t. 5.

Glis (Marmotta polonica) flavicans, capite rufescente. Briss. quadr. p. 165.

Bobak. Rzaczinski hist. nat. Pol. p. 235. Buffon hist. nat. XIII. p. 136. t. 18. Forster aet. angl. Vol. 57. p. 343. Penn. quadr. p. 268.

Habitat in siccis et apricis montium planitiebus a Borysthenis ripis per medianam et temperatiorem Asiac partem ad Sinam et Camchateam usque; cavernas quoque profundissimas sibi fodiens, in quibus 20-24 habitant; mane et meridie prodit, custode tamen sollicite circumspiciente et socios monente; timidum animal, excepta humo pluvii madente, solis vegetabilibus vivitat; palmis se defendit; facile curatur, plantis infidet, manibusque cibum ori admovet; aestate vorax, hieme dormit. Caro esculenta; pinguedo coriariis et pellionariis adhibita.

Pondus animalis libras 14 medicas, longitudo 16 pollices vix excedit. Oculi parvi. Auriculae ovatae; cauda annulata, apice atra, 4 pollices et 4 lineas longa, recta. Mammæ feminæ 8.

Empetra. 4. A. capite auriculato, cauda villosa, corpore supra vario subtus rufo. Schreber Saengtb. IV. p. 743. t. CCX.

Mus (Empetra) capite gibbo auriculato, cauda villosa brevi, palmis tetracyclis, corpore supra vario, subtus rufo. Pall. glir. p. 75. n. 4.

Glis

Nor-  
is sum-  
uo, et  
parum  
at, cu-  
ugiunt  
idunt;  
us, per  
illatum  
artium  
ibus ci-  
linus in  
, calo-  
ellestili  
; coit  
a 2-4

udo pe-  
vertice  
, saepe  
; auri-  
etae et  
nigra  
breve,  
palma-  
recta,  
Caro  
susita;

ongius-  
p. 737.

cauda  
griseo.

lis sub-  
s. Syst.

caeru-

Glis

*Glis (canadensis) corpore griseo, ventre cruribusque aurantiis.* Erxl. mamm. 363.

*Quebec marmot.* Penn. quadr. p. 270. n. 199. t. 24. f. 2.

*Canadian marmot.* Forster act. angl. LXII. p. 378.

*Habitat in Canada, et reliqua boreali America, similiter sibilans; lepore cuniculo vix major, ut longitudo aliquando vix 2½ pollices superet; cauda 2⅓ pollicum.*

*pruinosa.* 5. A. capite auriculato, cauda pedibusque nigris, dorsi, laterum et abdominis pilis duris, longis, basi cinereis, medio nigris, apice albidis.

*Hoary Marmot.* Penn. hist. p. 398. n. 261.

*Habitat in borealibus Americae septentrionalis, habitu monachis; nasi apex niger; auriculae ovatae; genae albidae; vertex et unguis fuscus.*

*Citillus.* 6. A. auriculis nullis, cauda villosa, corpore vario. Schreb. Saeugth. IV. p. 746. t. CCXI. A. B.

*Mus capite gibbo, auriculis nullis, cauda brevi villosa, corpore vario!* Pallas nov. comm. Petrop. XIV. p. 549. t. 21. f. 1. 2. et glir. p. 76. 119. t. VI. VI. B.

*Mus cauda abbreviata, corpore cinereo, auriculis nullis.* Syft. nat. XII. I. p. 80. n. 4.

*Mus Suslica.* Güldenst. nov. comm. Petrop. XIV. p. 389. t. 7.

*Mus noricus f. Citillus.* Agric. subt. p. 485. Gesn. quadr. p. 835. Raj. quadr. p. 220. Rzacz. pol. p. 235. auct. p. 327.

*Citellus.* Schwenckf. Sil. p. 86. Aldr. dig. p. 436.

*Cuniculus (germanicus) caudatus, auriculis nullis, cinereus.* Briss. quadr. 147. n. 6.

*Glis (Citellus) auriculis nullis.* Erxl. mamm. 366.

*Orientalischer Hamster.* S. G. Gmelin it. p. 30. t. 5.

*Calan Marmot et Earleso Marmot.* Penn. quadr. p. 273. et 276. n. 201. et 203. t. 25. f. 1.

*Zifel et Suslic.* Buffon hist. natur. XV. p. 139. 144. 195. Suppl. III. p. 191. t. 31.

*Habitat in Russia australi ad Caimeschatcam usque et insulas huic Americaeque intermedias, Persiam et Sinam, rarius bodie*

Gut

25

Vul

*Arctomyes hybernant, diurnam vitam agunt, radicibus granisque viuentant, quae interdiu conquirunt, scandunt, foduntque aura sub terra, in quibus habitant. Caput ipsis gibbum, rotundatum; auriculae breves aut nullae; corpus crassum; cauda brevis, villosa; palmae tetradactylae cum pollice brevissimo; plantae pentadactylae; caecum ampliatum.*

bodie in reliqua Europa, in campis apertis, siccis, elatis  
incultis, in solo cespitoso et lutoso, ad vias publicas, nun-  
quam in silvis et paludibus; antra sibi, singula singulis  
animalia, femina profundiora fodit, in quibus pro bienis  
initio et fine frumentacea, herbas teneriores, baccas, ra-  
rius mures et aviculas colligit; parum bibit; hybernat;  
a primis tamen veris auspicis coelo sereno interdiu vicium  
quaerit, quem plerumque pedibus anterioribus ori admo-  
vet; salit; plantis infidendo dormit; sibilat; facilissime ci-  
catur, in primis mas; femina mordacior per 20 - 30  
dies gravida Maii initio 3-4-6-8 pullos parit; a pu-  
toria, mustelis, falconibus, ipsique cornicibus et ardeis  
praedatur. Pellis vere bona. Caro nonnullis edulis.

Magnitudo colorque perquam variat; illa nunc marmotam  
assequitur, nunc murem amphibium vix aequat; color  
plerumque ex einereo flavus, subtus sordide albus, ut ta-  
men aliquid undulati vel punctati intersit, cauda conco-  
lore; alias supra canus fuscus aut flavo undulatum mixtus,  
subtus pallide flavescens, cauda longiori fere scinuri; alias  
(leucopictus) supra griseus albo-maculatus, subtus ex al-  
bo flavescens, orbitarum albus, caudae brevioris, et re-  
gionis a naribus ad oculos sitae ex flavo subsuscens. An-  
nus ponticus Aristotelis et Plini?

Gundi. 7. A. capite auriculato, corpore testaceo rufescente. Rothmann  
apud Schloezer Briefw. I. p. 339. Pall. glir. p. 98. not.  
Gundi Marmot. Penn. hist. 2. p. 405. n. 264.  
Habitat in Barbaria prope Massufin versus montum Atlas.  
Magnitudo L. Cuniculi. Auriculae truncatae meatu  
amplo.

25. SCIURUS. Dentes primores II, superiores cuneati.  
inferiores acuti.

molares ad utrumque latus su-  
periores V.  
inferiores IV.

Claviculae perfectae.  
Cauda disticha.  
Mystaces longae.

\* scandentes.

Vulgaris. I. S. auriculis apice barbatis, cauda dorso concolore. Erxl.  
mamm. p. 411. Schreber Saeguth. IV. p. 757. t. CCXII.  
K. Sciu-

auran-  
f. 2.  
militer  
do ali-  
i, late-  
is, me-  
mona-  
lidae;  
Schreb.  
sa, cor-  
p. t. 21.  
nullis.  
p. 389.  
quadr.  
5. auct.  
, cine-  
273. et  
4. 195.  
insulas  
, rarius  
bodie  
quae in-  
habitant.  
crassum;  
tae pen-

niger.

*Sciurus auriculis apice barbatis, palmis tetradaethylis, plan-*  
*tis pentadaethylis.* *Syst. nat. XII. I. p. 86. n. I.* *Faun.*  
*fuec. 37.*

*Sciurus palmis solis saliens.* *Syst. nat. VI. p. 9.* *Mus. Ad.*  
*Fr. I. p. 8.*

*Sciurus (vulgaris) rufus,* quandoque griseo admixto. *Briss.*  
*quadr. p. 150. n. I.*

*Sciurus vulgaris rubicundus.* *Klein quadr. p. 53.*

*Sciurus vulgaris.* *Raj. quadr. p. 214.*

*Sciurus.* *Gesn. quadrup. p. 845.* *Aldrov. dig. p. 396. fig.*  
*p. 398.* *Zonist. quadr. p. 163. t. 66.* *Schwenckf. theriotor.*  
*Sil. p. 121.*

*Ecureil.* *Buffon hist. nat. VII. p. 253. t. 32.*

*Common squirrel.* *Penn. quadr. p. 279. n. 206.*

*Eichhoernlein.* *Ridinger jagdb. Th. t. 20.*

*Eichhoernchen.* *S. G. Gmelin it. I. p. 35. t. 7.* *Falck Beytr.*  
*3. p. 311.*

vulpis

*varius.*  $\beta.$  *S. hieme caerulecenti-cinereus, aestate ruber, abdomine*  
*albo.* *Erxl. mamm. p. 414.  $\alpha.$*

*Sciurus (varius) ex candido cinereus.* *Briss. quadr. p. 152.*  
*n. 4.*

*Sciurus varius,* *Varus vulgo dictus.* *Aldr. dig. p. 403. fig.*  
*p. 405.*

*Sciuri,* qui mures pontici et a colore varii dicuntur. *Zonist.*  
*quadr. p. 163.*

*Mus ponticus s. venetus,* quem vulgo varium vocant. *Gesn.*  
*quadr. p. 741.*

cineris

*niger.*  $\gamma.$  *Sciurus niger.* *Erxl. mamm. p. 415.  $\beta.$*

*albus.*  $\delta.$  *Sciurus totus albus, oculis rubris.* *Erxl. mamm. p. 416.  $\gamma.$*

*Sciurus albus sibiricus.* *Briss. quadr. p. 151. n. 2.*

*Sciurus albus.* *Wagn. Helv. p. 185.* *S. G. Gmelin it. I.*  
*p. 35. t. 8.*

*Habitat in Europae, frequentissimus in omnis Russici impe-*  
*rii arboribus silvaticis.*

*Aestate ruber, abdomine albo, hyeme caerulecenti-cinereus.*  
*Velutat nucibus, strobilis, baccis etc. manu cibum ori ad-*  
*movet; Superfluum cibum defodit; parum bibit, hieme*  
*nivem; cortice lignoque infidens navigare fertur; nidus*  
*globosus e muscis; sedens se obumbrat cauda; a marte*  
*praedatur; pellis hyberna aestimata, caro edulis. Coit*  
*Martio et Aprili; femina per mensem gravida 3 - 4 - 7*  
*pullos parit, bis per annum.*

*Anatome.* *E. N. C. Cent. 10. app. 449.*

hudi-

nius

Sciur

2. S.

- niger. 2. S. niger, auriculis imberibus. *Erxleb. mamm.* p. 417.  
*Schreber Saeugth. IV.* p. 776. t. CCXV.  
*Sciurus niger. Syst. nat. XII. I.* p. 86. *Klein quadr.* p. 53.  
*Briss. quadr.* p. 151. n. 3.  
*Quauhtechalott tliltic, Sciurus mexicanus. Hernand. mex.*  
*p. 582. Fernand. nov. Hisp. p. 8.*  
*Black squirrel. Catesb. Carol. 2. p. 73. t. 73. Penn. quadr.*  
*p. 284. n. 210. t. 26. f. 2.*  
*Ecureil noir. Buffon hist. nat. X. p. 121.*  
*Habitat in America septentrionali ad novam Hispaniam usque, gregarius, zaeae infestus, cauda breviore.*
- vulpinus. 8. S. rufus cinereo mistus magnus, auriculis imberibus.  
*Fox-squirrel. Lawson Carol. p. 124.*  
*Cat-squirrel. Penn. hist. p. 411. n. 273. β.*  
*Habitat in America septentrionali, cinereo major et rario, cetera satis affinis; pili duriores, quam vulgaris; caudae auricularumque apex rufus. Schoepf.*
- cinereus. 3. S. cinereus, ventre albo, auriculis imberibus. *Erxleb. mamm.* p. 418. n. 3. *Schreber Saeugthiere, IV.* p. 766. t. CCXIII.  
*Sciurus virginianus cinereus major. Syst. nat. XII. I.* p. 86.  
*Raj. quadr. p. 215. Klein quadr. p. 53.*  
*Sciurus (virginianus) cinereus, auriculis ex albo flavicantibus. Briss. quadr. p. 153. n. 6.*  
*Sciurus major griseus, cauda extrema comosa, pilis diffusis. Browne Jam. p. 483.*  
*Grey squirrel. Catesb. Carol. 2. p. 74. t. 74. Penn. quadr. p. 282. n. 209. t. 26. f. 3.*  
*Petit gris. Buff. hist. nat. X. p. 116. t. 25.*  
*Habitat in Americae septentrionalis arboribus silvaticis, nidificat in cavis arboribus, vulgari simillimus, sed major, ut pedem longitudine aequet, zaeae pariter aliquando infestus; a crotalo comeditur.*
- hudso- 12. S. auriculis imberibus, dorso glauco, ventre cinereo, ni-  
nius. cauda breviore ex rufescente glauca nigro marginata. *Forster act. angl. Vol. LXII.* p. 378. *Pall. glir. p. 377. Schreber Saeugth. IV.* p. 777. t. CCXIV.

K 2

Hudson's

Sciuri plerique agiles, structurae delicioris, facile cicutandi, scandunt in arboribus, pauci sub terra habitant; fructibus seminibusque vescuntur; alii saltando currunt, alii quasi volando. Caput latum, auriculis ovalibus longius. Corpus satis crassum; pedes breves, anteriores digitis 4 cum vestigio pollicis, posteriores 5; cauda longa villosa.

Hudson's Bay squirrel. *Penn. quadr.* p. 280. n. 206. a. t. 26.  
f. 1.

*Habitat in pinetis frigidioris Americae septentrionalis, colore per omnem annum eodem.*

caroli-  
nen sis. 13. S. ex cinereo, albo et ferrugineo mixtus, subtus albus,  
cauda fusca atro mixta, albo marginata, auriculis imber-  
bibus.

Lesser grey-squirrel. *Penn. quadr.* p. 283. n. 209. a.  
*Habitat in Carolina, vulgari minor, colore variabili.*

persicus. 14. S. obscurus, lateribus albus, subtus flavus, auriculis im-  
beribus, cauda ex atro cinerea annulo albo. *S. G. Gme-*  
*lin it. III. p. 379. t. 43.*

*Habitat in alpibus Persiae hircanicas, colore constanti, vul-  
gari facie moribusque similis; tarsi rubent.*

anoma-  
lus. 15. S. supra flavus fusco mixtus, subtus obscure fulvus, cauda  
concolore, auriculis imberibus rotundatis. *Schreber*  
*Saeugth. IV. p. 781. t. CCXV. C.*

*Habitat in Georgia Asiae. Güldenstaedt.*

*Vulgari major, ore albo, narium apice nigro, genis fulvis;  
mystacibus orbitisque fuscis; auriculis flavis, intus  
magis albidis.*

bicolor. 16. S. supra niger, infra fulvus, auriculis acutis imberibus,  
palmarum ungue pollicari magno rotundato. *Sparrmann*  
*aet. Soc. Gothenburg. I. p. 70. Schreber Saeugth. IV.*  
*p. 781. t. CCXVI.*

Javan squirrel. *Penn. hist.* p. 409. n. 269.

*Habitat in insula Java, 12 pollicis longus, cauda ejusdem  
longitudinis; auriculae crinitae; palmarum unguis acutus,  
pollex brevissimus; plantae nigrae.*

erythrae-  
us. 17. S. supra ex flavo et fusco mixtus, infra ex sanguineo ful-  
vus, auriculis ciliatis, cauda ex sanguineo fulva. *Pallas*  
*glir. p. 377.*

Rudly squirrel. *Penn. hist.* p. 409. n. 271.

*Habitat in India, vulgari paulo major; stria caudae longi-  
tudinalis nigricans; verruca pollicaris magna.*

macrou-  
rus. 18. S. cauda corpore duplo longiore grisea. *Ind. zool.* t. I.  
*Erxleb. mamm. p. 420. Schreber Saeugth. IV. p. 783.*  
*t. CCXVII.*

*Sciurus zeylonicus, pilis in dorso nigricantibus, Rukkaia  
dictus. Raj. quadr. p. 215.*

Long.

- Long-tailed squirrel. *Ind. zool. t. 1.*  
 Ceylon squirrel. *Penn. quadr. p. 281. n. 207.*  
*Habitat in insula Zeylon, vulgari triplo major, supra niger, infra pallide flavus, auriculis subbarbatis, naribus incarnatis; genarum stria bifurea nigra; macula inter aures flava.*
- maximus. 19. S. supra ex rubicundo fuscus, subtus niger, cauda nigra, auriculis subbarbatis. *Schreber Saugthiere, IV. p. 784. t. CCXVII. B.*  
 Le grand eureuil de la côte de Malabar. *Sonnerat voyag. 2. p. 139. t. 87.*  
